E
189

15
5.
E. 789.

Ex Bibliothecâ
quam 16000. Voll. conſtantem
huic Abbatiæ S Genovefæ Pariſ.
Teſtamento legavit Car. Maurit.
Le Tellier Archiep. Remenſis.
Obiit anno 1710.

E 1212

¶ Incipit liber synodalis episcopatus et diocesis cenomañ correctus anno dñi millesimo.cccc°.lxxxix°.

At Ex libris S.ti Genouefe parisiensis - VI 32.

¶ De dñica precedente synod sacerdotes qui non habent capellanos in suis parrochiis diligēter inquirāt publice in ecclesia si qui sint infirmi in parrochia a feria subsequenti siue anteq̄ itet arripiāt eos visitent.etiam non requisiti.et faciant quidq̄d necesse fuerit ad salutē animar.procurātes nichilominus visitationē eor quā facere solent p capellanos vicinos in aliis remanētes ecclesiis ¶ Cum synodus estiualis semper habeat celebrati die iouis que proxime sequitur penthecostem.Et similiter hyemalis die iouis post festū beati luce euangeliste.precipitur sacerdotibus sub pena decem librarum turon̄. vt predictis diebus et temporibus:oēs veniant ad synodum maxime curam aiarum habentes. Et si ineuitabili necessitate detenti fuerint;mittant capellanū suum aut clericum loco sui.Et in eundo et redeūdo honeste ambulent.et honesta querant hospicia ac in eis circūspecte se habeant ne status clericorum vertat in opprobriū populo et contēptū.Et qui ex causa remanserit;eam decano.et decanus episcopo studeat nūciare. ¶ Precipitur aūt sacerdotibus sub pena suspensionis q̄ a tēpore pulsationis synodi omni occasione postposita ieiuni et induti suppelliciis et stolis cū libro synodali maiorē ecclesiam vel locū synodi intrare festinēt.Ceteri autem personatum habentes vel vicariā suppelliciis tantum ¶ Et abbates capite tericteis sint indūti

¶ Incipit prima pars

¶ De ttinitate.de incarnatione.de sacramentis scilicet de baptismo cum suis particulis.de confirmatione.de penitentia cum suis particulis.de sacramento altaris cum suis pticulis.de cōiugio cum suis particulis. de extrema vnctione.de ordinibus Ne venalia prostituantur ecclesie sacramenta . de septem viciis capitalibus.de sobrietate.de ieiuniis.de feriis

¶ De ttinitate

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

In fide trinitatis et incarnationis.⁊ septē sacramentis et septem operibus mīe. que septē viciis capitalibus opponunt populū tam maiorē q̄ minorem sacerdotes studeant informare diligenter. De trinitate tenentur docere ad minus q̄ pater et filius et spūs sanctus sunt tres persone. ⁊ ille tres persone sunt vnus deus. et vna persona non est alia. Dicatur autē sepe laicis vt circa istum vel alios fidei articulos vel circa sacramenta non querant rationē vel quomodo vel quare ita sit. quia tanta est subtilitas fidei q̄ illa que subsunt fidei non possunt intellectu comprehendi. nec expedit. q⁊ fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Credant igitur oīa firmiter sine hesitatione quecūq; fides catholica asserit q̄uis non intelligant. maiorem fidē adhibētes testibus fidei q̄ oculis carnis qui possūt decipi. Testes fidei sunt apostoli martires confessores et virgines quorum plurimi pro testimonio fidei diuersis cruciatibus sūt afflicti sed ꝓbati inuenti sunt quia et in vita eorum et postea propter eorū merita diuina potētia. mortuos suscitauit. cecos illuminauit contractos erexit. et infirmos sanauit. Deus aūt est substātia spiritualis. tam ineffabilis suauitatis tam inestimabilis pulcritudinis vt angeli qui septuplo solē sua vincunt pulcritudine iugiter desiderant in eum incessanter prospicere.

De incarnatione dñi nostri iesu christi.

Circa fidē incarnationis docere debent presbiteri et maxime infirmos quādo cōmunicāt dei filiū. pro redemptione generis hūani carnē assūpsisse ī btā maria virgine de carne eiusdem virginis. nō hūana sed sancti spiritus operatione. et qui prius erat deus tantū. factus est in ea verus homo manens de cetero in eadem persona verus homo et verus deus. Et eundem de virgine natū esse. manente integra virginitate In cōceptione partu et natiuitate. Dñi propheta. Descendet sicut pluuia in vellus. Pluuia enim descēdens in vellus vel extracta a vellere illud non corrūpit. sed mūdi⁹ facit. Et eundē consputū. alapis cesum. flagellatum. et multipliciter

trisum.in cruce mortem vilissimam sustinuisse eundemq; in anima ad inferos descendisse vt animas sanctorum ibidē detentas educeret et in corpore in sepulcro iacuisse et eundem in eadem carne glorificata tercia die a mortuis resurrexisse. per quem et nos omnes in carne quam gerimus resurgemus boni in carne glorificata.mali autē in carne corrupta. vnde apostolus.omnes quidē resurgemus sed non omnes immutabimur. Et eundem quadragesimo die ad celos ascēdisse. Et quīquagesimo die spiritum sanctum apostolis sicut prediserat misisse. Eundemq; venturum ad iudicium et redditurum vnicuiq; scōm opera sua bonis vitam eternam. malis autez ignem eternum qui preparatus est dyabolo et angelis eius.

De Baptismo.

De baptismo docere debent presbiteri q̄ in sacramento baptismi consistit salus omnium. In susceptione baptismi consistit salus puerorum.quia sine baptismo non saluātur.quia non habent vsum liberi arbitrii. In proposito et ardenti voluntate suscipiendi illud ad hoc laborando quantuz in se est sine susceptione saluari possūt adulti. Baptismus cū omni reuerentia et honore celebretur et cum magna cautela.maxime in distincta prolatione verborum in quibus virtus sacramenti consistit scilicet. Ego baptiso te in nomine patris ⁊ filii et spiritus sancti amen. Et in romātio suo sub hac forma doceant frēq̄ter presbiteri laicos debere pueros baptisare etiam patrem et matrem pueri in summa necessitate. Laici tamen puero nomē nō imponant. Forma autem verborum predicta ab eo qui baptisat integre ordinate.continue sine īterpositōe aliqua proferatur. Interrogetur autez laicus qui puerum baptisauerit diligenter a sacerdote quid dixerit quid fecerit.et si inuenerit eum distincto modo et debito baptisasse allato puero ad fores ecclesie nomen ei imponatur ⁊ suppleatur id quod deest.s. pabulum salis benedicti et auriū linitio cum saliua.exorcismi tñ nō dicātur sup puerū.sup fontes aūt oīa fiant q̄ solēt fieri sola īmertione excepta. Si vero dubiū fuerit

in qua forma verboꝝ puer fuerit baptisatus tūc faciat sacer-
dos oīa dū tñ immergēs dicat. Si tu nō es baptisatus. Ego
baptiso te. in nōīe p̄r̄is ⁊ c̄ℓ. Et istud. si ideo apponit ne baptis
mus q̄ semel recipi debet tñ videat aliquatenꝰ iterari qđ ⁊ de
sacramēto cōfirmatōis tenendū est ⁊ docendū. Ad eleuandū
vero puerꝫ de sacro fonte: tres paterni tantum recipiantur.

De confirmatione

Ode cōfirmatōe doceāt sacerdotes q̄ si digne recipiat in
ea recipit spūs sanctꝰ in bono cōfirmās eū qui recipit
et roborās cōtra dyabolū et pctā. Jeiuni debēt esse qui recipi
unt. Et si adulti sūt debēt cōteri de pctis et ea cōfiteri si tps
hñt vel postea q̄ cito poterūt. aliter enī indigne suscipiūt si pri
us erāt in mortali. Sacerdotes aūt sciētes ep̄m venturū ad
dedicationē ecclesiaꝝ vl̄ cimiteriorꝫ circa se vsq; ad duas leu
gas moneāt ppl̄m suū diligent̄ etiā per hospicia singulorū si
opus fuerit vt cōueniāt oēs coraī ep̄o ad audiendū sermonez
maxie q̄ cōsilio ep̄i indigēt. Et cōfirmandi bandellos secū de
ferāt latos. mūdos. et satis lōgos. ip̄i vero pb̄ri veniant cum
populo cruce p̄cedente et tunc nō celebrēt nisi celebrēt summo
mane.

De penitentia

Ode penitētia q̄ consistit in cōtritione. confessione. et satis
factione doceāt sacerdotes. q̄ sicut puero nō est salus
sine baptismo. ita adulto q̄ fedus baptismi violauit
nō est salus sine penitētia ad minꝰ cōtritōie. In ꝓposito vero
et ardēti volūtate cōfessionis et satisfactionis saluari possūt
adulti. sed qz vera peitētia liberat hoīez a dyabolo. mūdificat
a pctō. et reconsiliat deo: precipitur q̄ sacerdotes ep̄o vel peni-
tentiariis suis saltē semel in anno cōfiteāt. p̄mittit tamē ep̄s
q̄ possint iterū sacerdotibus aliis cōfiteri. Clerici anteq̄ ordi
nes recipiant ep̄o vel p̄niariis discretis confiteantur ne forte
pro simplicitate confessoris irretiti irrigularitate ordinentur.

Theodorus. Sacerdos autem quilibet si inebrietur per
ignorantiā septē dies peniteat in pane et aqua si per negligen
tiam. ꝙ v. dies peniteat. Si per cōtēptum. xl. dies penitcat Si

diacon⁹.xxx.dies peiteat.reliq̃ clerici ministri iuxta ordinē su
um iudicio sacerdotē peniteāt ¶Beda. Si qs vero ea die qua
eucharistiā sūpsit p voracitatē vel ebrietatē vomitū fecerit
grauio⁹ puniat. ¶Theodor⁹.Si qs in euāgelio vel psalterio
vel rebus aliis.furta vel deprdita inquirē presūpserit.xl.dies
peniteat ¶Ex cōsilio generali.Doceat maxie ante quadra-
gesimā qois vtriusq; sex⁹ fidelis postq̃ ad ānos discretionis
puenerit a pricipio quadragesime vel etiā ante.oīa pctā sua
fideliter et integre cōfiteat saltē semel in āno pprio sacerdoti
et iniūctā sibi penitētiā studeat p viri⁹ adimplere. Si quis
aūt alieno sacerdoti iusta de causa voluerit confiteri peccata
licētiā prius postulet et obtineat a pprio sacerdote.Cū aliter
ille nō possit cū absoluere vel ligare.Sacerdos autē sit cau-
tus et discretus vt more periti medici supinfūdat vinum et
oleū vulneri⁹ sauciati diligēter inq̃rens et pctōris circunstā
tias et peccati. ¶De cōfessione et pnīa laicorum

A Ad audiēdā cōfessionē eminētem locū eligāt sacerdotes
a vt cōuenient possint videri nec in locis abscōditis ex-
tra eccleśiā recipiāt cōfessiones. Nec diaconis cōmittāt ofessio
nes aliquor laicor.nec etiā puuloy. In cōfessione habeat sa
cerdos vultū humilē.et oculos in terrā nec indiscrete vel fre
q̃tius respiciat faciē cōfitentis.maxime mulieris.et patiēter
audiat que dixerit in spū lenitatis et ei pro posse suo plurib⁹
modis psuadeat vt cōfiteatur integre.nude.vere.et aperte.et
ei dicat aliter non valere ¶In cōfessione caueāt sacerdotes
sibi ne inquirant nomina psonay cū quibus peccauerūt confi
tentes.sed circūstantias tm̃ que pñt aggrauare pctm̃. ¶Caue
ant sacerdotes omnino ne verbo aut signo aut alio quouismo
do ꝓdant aliquate⁹ pctōrē.sed si prudētiori consilio indigue
rint id absq; vlla expressione persone caute inquirant: quoni
am qui peccatum in penitentiali iudicio sibi detectum presūp
serit reuelare:eum non solum a sacerdotali officio decreuim⁹
deponendum verūetiam ad agendam perpetuam penitētiā
in arto monasterio detrudendum

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

¶ Item ex consilio generali.

Quia per experientiam certam didiscimus pro fornicatione vel etiam maioribus peccatis fere nullam vel minimam penitentiam penitentibus iniungi a sacerdotibus negligentibus vel ignorantibus canonica instituta. ¶ Precipimus q̄ sacerdotes studeant inquirere diligenter et peccata visitata et visitatas circunstantias peccati. maxime gule luxurie et cupiditatis quib⁹ genus humanum corrumpitur frequentius et fedatur

¶ De vicio gule

Vicium autem gule in excessu circa potum et cibum attenditur quod maxime fit in quinq; Inquiratur igit̄ a penitente. Vtrum aliquando excessum fecerit quet̄ do cibos nimium sumptuosos vel nimium delicatos sicut dives qui epulabatur quotidie splendide. et iudei qui carnes in deserto concupierunt. ¶ Item Vtrum peccauerit nimia ciborum etiam vilium sumptione sicut sodomite quorum peccatū fuit ex abundantia panis. ¶ Item Vtrum sumendo cum nimia auiditate sicut esau ¶ Item Vtrū cum nimio apparatu sicut filii hely ¶ Item Vtrum ante horam sicut ionathas. quod si fecerit: moneatur a talibus abstinere. et vt curare contraria contrariis studeat diligenter. hi siquidē fuerunt satellites nabuzardan qui interpretatur princeps coquorū qui hierusalē idest fidelem aiam penitus destruxerūt Beda. Inquirat Vtrū penitens aliqñ ebrius fuerit. et si p ebrietatē vomitū fecerit: tres dies penitere debet sine carnib⁹ vino et camisia. Si aūt sine vomitu fuerit ebri⁹ pro singulis ebrietatib⁹ q̄ turbāt statū mentis solēt aliq̄ etiā periti in iure iniungere singula ad minus. ie iunia in pane et aqua etiā priuatis personis ¶ Beda. Si quis per nequiciā aliū inebriauerit. pl. dies peniteat. qđ si ex consuetudine habeat. a cōione priuetur donec digne peniteat et emendace promittat. Qui cogit hoīem vt inebrieť. humanitatis gratia acerrime pugniať vel corrigať. vel septem dies peniteat

¶ De peccato luxurie.

Circa peccatum luxurie queratᷣ Utruz penitẽs accesserit ad ꝓstantes mulieres. siue Uiduas siue alias et queratur numer⁹ illaruz cũ quibus peccauit. si nesciat numeꝝ saltẽ estimationẽ dicat quã credit ¶ Queratᷣ etiã de Uicibus et quãto tpe in pctõ mansit. et quo loco. sacro Uidelicet Uel nõ sacro puta in ecclesia Uel cimitetio. ¶ De psona. Utrũ sacerdos. Uel ydaconus Uel subdiacon⁹ Uel monachus. ¶ De tpe. Utrum in solẽnitatibus ꝑcipuis qõ si fecerit honestũ Uideᷣ Ut in Uigiliis festoruz que Uiolauit ieiunet oĩbus diebus Uite suc in pane et aqua Uel saltem redimat cõpetenter ¶ De consilio meldensi ¶ Si solutus laicus cũ soluta cõcubuerit tres annos peniteat scõm canonum rigorẽ. scõa et quarta. et septa feria cibis ieiunando cõibus. Si cũ Uidua: quattuor ãnos. Sed qz fragilitatẽ nr̃i tpis. tanti rigoris nõ patiᷣ disciplinã huiusmõi penã cõmutent Uel tempent sacerdotes in oõnib⁹ elemosinis Uel aliis satisfactionib⁹ qñ et ꝑut Uiderint expedire. Et quanto sepius et negligentius ea peccata cõmiserit. tanto maius tempus addatur. Et modus penitẽtie scõm hoc moderamen intelligatur in omnibus penitentiis pro quocũqz crimĩe ĩponendis ¶ De ꝑstãtibus penitenti periculum ostẽdaᷣ. sũt enĩ forte coniugate Uel moniales Uel a parentibus eorum cognite. et leprosis sepius se supponũt per qõ ad eas accedẽtes incurrũt sepius morbũ lepre ¶ Si aliquis ad tales accesserit mayie ignotas tutũ est ei infligere penã pro adulterio imponẽdã ¶ De adulterio. Queratur Utrũ ad cõiugatas accesserit cũ quot. quomodo. quo loco. quo tpe ¶ Ex cõsilio nãnetensi. Si coniugatus solutã cognouerit ille septẽ ãnis peniteat q̃ fedus coniugii Uiolauit. Et illa scõa et quarta et septa feria ieiunet. habito moderamĩe prenotato. Si aũt cõiugat⁹ coiugatã cognouerit cũ cõstet maius eẽ peccatũ maior ei penitẽtia iniũgaᷣ. ¶ De defloratõe Uirginũ. Queratᷣ de Uirginib⁹ defloratis. quot aũt defloruit tot debet maritare si põt Uel alias pauper mulieres loco cay Uel saltẽ illas coruptas si indigeãt sustẽtare Uel ĩgressuz religionis eis si Uoluerĩt procurare. Iniũcta nichilomin⁹ penitẽtia penitẽti q̃

pro simplici fornicatione superius est ānotata. Sinautē quia viam aperuit eis ad peccandum. timeat p omnibus peccatis que ille per carnis lubricum perpetrabunt communicabit

¶ De sanctimonialibus. ¶ Queratur vtrum cum sanctimonialib⁹ peccauerit et eo modo vt supra. quod si fecerit ad ep̄m transmittat ¶ De incessu spirituali. ¶ Mulierem que a proprio sacerdote vel ab alio q̄ eius cōfessionem audiuit. vel etiā baptisauit; pter enormitatē crimis mai̇c si scandalum inde fuerit: decreuim⁹ ad ep̄m esse mittendā. Sed volētes in hac parte linguas detractor⁹ cōpescere q̄ forte dispetāt nos id inuīdere in grauam et odiū sacerdotū: penā inuīgendā volum⁹ sacerdotibus declarare ¶ Femina soluta que cū p̄te spirituali fornicata fuerit: oīa deseruiat et res suas paupibus tradat et cōuersa in monasterio deo vsq; ad mortē seruiat. ¶ Cū aūt propt̄ fragilitatem sexus rigor ille nō valeat oīno obseruari: prouideant sacerdotes quibus tales cōfesse sūt. vt vino correctionis oleū discrete mīe cōiūgentes sic tempent penitētiā ne immensitate p̄dictis penitēs obruatur. Neq; pro relaxatione indebita igni purgatorio crudelissime reliquat ¶ Nobis aūt videtur tutus esse vt tales q̄diu viuerint arte debeant p̄mic subiacere Si aūt coniugata fuerit grauius est peccatum et grauius puniendū. Nisi iugum matrimonii impediat

¶ De incestu naturali et legali

Incestus est cōsanguineor⁹ vel affiniū vel sacerdotū vel religioso⁹ coitus. Queratur vtrū ad ꝯsāguineas suas accesserit vel vxores cōsāguineor⁹ suor⁹ vel ad cognitas ab eis et i quo gradu proxio videl̄ vel remoto et de aliis vt supra. Et tales ad episcopum debent mitti. ¶ Itē queratur si mulierē indebito modo cognouerit. Et si querat penitēs quo mō: non respōdeat sacerdos Et si dicat sic queratur. quomodo et quoties ꝛc. ¶ Item queratur si in puerperio. si tempore menstruorum que lege p̄hibentur mulierem cognouerit Est enim periculum corporale patris et matris scilicet periculum elefantie menstruorum tempore commisceri. Est et prolis pe

ticulum.quia ex corrupto semine corruptus nascitur fetus.et fere semp Vt assetunt phisici Vel gilbosus Vel contractus Vel huiusmodi. ¶ Ex romano consilio. Si quis in puerperio cuz muliere concubuerit decem dies peniteat in pane et aqua. Cadē penitētia potest ei iniūgi q̄ modo indebito Vxore sua Vtī in Vase etiam naturali. Eadem penitentia potest ei iniungi qui scienter ad mulierem menstruatam accedit ¶ Mulier vero si Viro Volenti accedere ad eam non reuelauerit morbū suum eandem penitentiā subeat. Et si reuelauerit et Vir nichilo minus accesserit ad eam: mulier minus est in culpa. ¶ Item queratur si ad mulierem pregnantem accesserit. et Vtrum mulier cognita abortiuum fecerit. et tunc si ob istam causam euenerit ad episcopum transmittatur ¶ Item queratur. si cū mulieribus tantum peccauit. si dicat cuz alio se peccasse: queratur cum qua re. De aliis circunstanciis Vt supra.

¶ De pollutione nocturna.

¶ Queratur. Vtrū dormiendo aliqñ ei cōtigerit pollutio qd si ex ebrietate Vel precedenti cogitatione illicita euenerit: magis est timendum ¶ De pctō molicie

¶ Queratur Vtrū pollutio ei contigerit etiā Vigilando per se solū. si dixerit sic. queratur Vtrum placuerit ei. Et si hoc: queratur Vtrum aliq̄d fecerit per quod huiusmodi pollutio compleretur Si dicat sic: queratur quid fecerit et quomodo Cum autem peccatum molicie adulterium Vincat. consulimus Vt cum septēni penitentia singulis septimanis singule discipline iniungantur.

¶ Item queratur. Vtrum mulierē non suam lasciue aspexerit concupiuit. tractauit osculatus sit. Nam scōm canones. Si q̄s lingua lasciuus fuerit: triduana ei penitētia iniūgat Si quis obtrectauerit pectus puelle Vel turpitudinem. si laicus sit. tres dies peniteat. si cleticus q̄nq̄z. si monachꝰ aut sacerdos a diuino officio suspēsus Viginti dies peīteat. Scriptū est enī. neq̄z tetigeris. neq̄z obtrectaueris pectꝰ Vel turpitudinē feiaz. ¶ Item

queratur Vtrū aliquā pro aliquo solicitauit Vel peccato alicui° consensit.consilium auxilium Vel consensum impēderit Vtrum coniugatam Vel aliam. Vtrum pro cōiugato Vel alio et quomodo et quando Vt supra. ¶ Solicitatores mulierū pro alio siue consentientes peccato alioruz scōm qp magis Vel minus peccauerit pugniantur.et quandoqz nō minus peccāt ꝙ illi qui peccatum operantur

¶ Quomodo monendi sūt pctōres cōtra pctm carnis

Contra peccatum carnis solent moneri pctōres sic Vt dicat eis sacerdos.frater labora et cogita Vitare malam societatem. et oportunitatem peccandi quod est Vitare loca et personas cum quibus Vel per quas peccare possumus Vel solemus,cat aise fait le larron

De sortilegiis.

Queratur Vtrum sortilegia fecerit de sacramentis ecclesie. Vel demonibus immolans. Vel demonia inuocās que si fecerit ad episcopum mittatur.si precantauerit ad fastinum. Vel qualescunqz precantationes fecerit, excepto simbolis et oratione dominica Vel alia oratione auctētica et qui cātat et cui cantatur tres quadragesimas peniteat

¶ De cupiditate quomodo et quibus facienda est restitutio.

Queratur a penitente Vtrum habuit rem alienam iniuste. Videlicet per furtum.rapinā. Vsuram.et si sic hoc caueat sacerdos ne missas Vel elemosinas pro restitutione iniungat. Est enim regula qp Vero domino facienda est restitutio.si de facili possit inueniri ad hō Vt raptor Vel fur possit absolui;mortuo Vel non inuento domino restituendum est pximis oribus agnatis et Vxori quod iustum fuerit Vel filius Vel patri Vel matri Vel illis precipue qui constituti sunt heredes testamenti si qui sunt Vel eis qui ab intestato succedunt. Si Vero Verus dns est incertus Vel non possit inueniri cui debeat restitui tūc demū ad consiliū ecclie erogāda sūt p illis q̄ ius in rebus male habitis habuerūt.qđ ꝛ sil'r de inuentis faciendū est.

Non enim sufficit circa male habita restitutio sola: sed condigna debet iniungi penitentia pro peccato. Quando certus est dominus Vetus, et inuentus est, iniungendum est lesori Vt ei si potest satisfaciat immediate si audeat reuelare. Si autem mediante sacerdote Vel alio bono Viro neminem nominante: Vel compenset lesor per seruitia que Vel per quecunqz poterit animo restituendi. Si Vero graue sit dampnū, & lesor non possit soluere: debet Veniā petere personaliter a damnificato si audeat, alioquin hoc faciat aliquo bono Viro mediante neminem noiante et ipse satiffaciat ieiuniis et orationibus et corporalibus disciplinis, habens in proposito q̄ omnia restituet si ad fortunam Venerit pinguiorem.

¶ De eo qui alieno damno consentit.

Queratur Vtrum alieno damno consensit Vel simplicitate Vel negligentia non impediens ledentez cum posset. Vel ledendum non premuniens. quod si fecerit distinguendum est quia si consenserit tantum: non Videt teneri ad restitutionem damni: sed ad satiffactionem penitentie pro negligentia. Inducat tamen lesorem prout poterit ad satiffaciendum leso. Si Vero prebuit consilium Vel auxilium Vel fauorem in damnum alterius Vel partem habuit damni: tenetur restituere insolidūz nisi q̄tum nouerit ab aliis esse solutum.

¶ Item queratur Vtrum illi qui iniuste rem suam detinebat damnum intulerit. quod si fecerit si equale fuerit poterit sustineri de dolo tamen peniteat. si maius est quod superest reddat. ¶ Item queratur Vtrū ille stupri causa habuit aliquid a coniugata. et si hoc: marito reddat. si a persona religiosa ecclesie sue reddat. si ab ancilla de rebus dñi sui ipi domino est reddendum. Diligēter attendat sacerdos cuius officii sit penitens. nam si mercator est Vendēs Vel emens ad pondus et mēsuram. prohibendus est ne habeat pondus falsū: Vel mensuram falsam et si habuerit Vel falso mensurauerit tenetur restituere si sciat quibus ¶ Et similiter de omni male aquisito restitutio facienda est Vt dictum est Si autez nesciat quibus

ꝑpt̄ minucias nḳtas ſatiſſaciat eccl̄ie vel eccleſiis quaꝝillos credit eſſe parrochianos vel paupibus.tñ ad cōſiliū.ſimilit̄ de aliis officiis faciēdū eſt ſuo modo ¶Theodor⁹.Si q̄s ꝑ neceſſitatem furatuſſuerit pecus vel cibaria per famē vel veſtes per nuditatem.tres ebdomadas peniteat.et ſi reddiderit nō cogatur ieiunare. ¶Theodorus.Si quis furtum capitale commiſerit ideſt quadrupedia tulerit vel caſas effregerit ſeptē annos peniteat ſc̄dm canones.et quod furatū eſt reddat. Si autem de minoribus ſemel aut bis furtum fecerit reddat quod tulit.et vnum annum peniteat

¶Quomodo familia vſurarii poſſit vti de rebus male acquiſitis.

Dicendum eſt filiis feneratoꝝ et omnium raptorum q̄ de huiuſmodi reb⁹ artiſſime debēt viuē ꝓut poſſūt et reddere damnificatis etiam inſciis dn̄is. et ſi eis pīguior fortuna obuenerit reddere debēt etiaz de ꝓprio quantū poſſunt ſaltem quantum ad eos peruenit. Conſulatur militibus qui largas elemoſinas et ſpontaneas faciunt veſtiendo pauperes.eccleſie redditus cōferendo.q̄ ſancti⁹ videretur ſi damnificatis daretur vel potius reddceretur. ¶Item queratur vtrū pro cupiditate aliquando peccauerit vel fidē violauerit.vel eccleſiam vel cimiterium.q̄ ſi hoc fecerit ad epiſcopum mittatur.

¶De Ira

Queratur vtrum ex ira alicui conuiciatus fuerit vel enormiter deum vel ſancta iurauerit vel aliquē occiderit. vel cauſa damni alicui fuerit vel in triſticia mentis inciderit que mortem operatur eternam vel aliquem odio habuerit.quod ſi hoc fuerit moneatur diligenter vt deponat rancorem et odium. debita vero vel querelam non tenetur remittere.ſed petere poteſt pacato animo coram iudice.

¶Ex conſilio rothomagen̄. Si quis per iram alium percuſſerit et ſanguinem effuderit:ſi laicus.xx.dies peniteat. ¶Si

clericus triginta dies. Illi autem qui gradum habent sublimiorem amplius puniri debent. diaconus sex menses. presbiter vnum annum.

¶ De inuidia

Queratur vtrum per inuidiam doleat vel doluerit de vtilitate proximi: vel de eius infortunio letus fuerit vtrum per inuidiam alicui detraxerit et maxime ei qui preest. Si quis autem detraxerit ei qui preest: septem dies peniteat

¶ De superbia:

Queratur vtrum per superbiam super alios mente vel corpore vel corde se eleuauerit. Et si sic proponatur ei euangelium. qui maior est vestrum fiat sicut minor et qui antecessor tum maior es humilia te in omnibus

¶ De accidia

Queratur vtrum penitens accidiosus fuerit in his que pertinent ad salutem idest negligens et indeuotus et talis timeat illam sententiã: maledictus homo qui opus dei agit negligenter

¶ De penitentia. q̃ sit portabilis et discreta

Sacerdos debet esse solicitus vt penitenti onus importabile non imponat. licet penitens recipere sit paratus. sed sic penitentiam temperet. vt a studio cessare non cogatur scolaris. a fabrica faber. ab agro agricultor. vel alius laborioso vt eis prouidere non possit nec cursor a cursu vt sequi dominum non possit ¶ Item nec pro peccato occulto penitentiam publicam iniungat. nec peccatores occultos faciat publice penitere.

¶ De compensatione penitentiarum

Sciendum est q̃ omnibus qui ex iusta causa videntur nõ posse sine magno grauamine freqũter i arta dieta ieiunare p̃nt redẽptiões vel recompensatões adhiberi p orones q

elemosinas. Vel per abstinentiam a carnibus Vel piscibus per disciplinas Vel huiusmodi scdm statum personarum. Vel a Vino. Vel in quadragesimalibus cibis. Propter Viam autez peregrinationis facilius q̄p propter aliud relaxatio est indulgenda Vel commutatio. similiter a propter societatem non tamē quālibet. sed si accedat aliqs ad mensā alienā Vel alius ad suam cui se debeat conformare. et hoc si sine graui damno Vel scandalo nequiuerit euitare. Vel pro solennitate diei si diuinis interfuerit obsequiis ¶ Cōsulimus et monemus ne sacerdos missas iniungat penitentibus: sed Vt cupiditatis notā fugiat In hac parte fructum qui ex tali iniūctione solet sacerdotib⁹ peruenire: consulat pauperibus erogati.

¶ De cōfessione et penitentia infirmorum

A Vb infirmis in mortis articulo constitutis pia est inquirenda peccatorum confessio non penitentia iniungenda Est autem eis intimandum Vt conterantur et doleant de peccatis suis Vniuersis et singulis non tamen timore penequam peccando meruerunt sed quia deum patrem et creatorē et redemptorem suum offendere presumpserunt. Inducantur tamen infirmi Vt acerbitates egritudinis quas sustinēt quasi flagella pii pr̄is q̄diu ei placuerit cum gaudio tolerare laborent. Si autez conualuerint statim ad sacerdotem accedāt Vt tunc eis penitentia competens iniungatur

¶ Qui mittendi sunt ad episcopum;

Sacerdotes in confessione maiora maioribus reseruātes mittant ad episcopum penitentes de homicidio de periurio seu fide mentita. ¶ Item de iniectione manuum in parētes. siue clericos Vel quoscunqz religiosos. ¶ Item de incēdio de symonia. de litterarū falsitate. de incestu tam naturali q̄p legali et spirituali. Videlicet qui consanguineā suam cognouit. Vel cōsanguineā Vxoris. Vel cōsanguinei Vxorē et qui cognouit filiam spūalem scilicet filiolā Vel cuius confessionem audiuit. ¶ Item de lapsu carnis cū masculis. ¶ Item de lapsu carnis cum bruti. Item de lapsu carnis cum monialibus

¶Item de violatione cimiteriorꝝ vel ecclesiarum. ¶Item de hẽsi. Itẽ de scismate. Item de sortilegiis factis de sacramẽtis ecclesie. et omnes etiã qui ad hoc consilium vel auxiliũ impẽderũt. ¶Item mittandi sunt ad episcopum qui abortiuuz coeundo vel aliomodo facere presũpserunt et qui ad hoc consilium vel auxilium impẽderunt. ¶Item clerici qui furtũ commiserũt. ¶Item clerici q̃ quocũqz modo irregulares facti sũt sicut qui bis se permiserunt baptisari vel qui interfuerunt. Item qui sine prima tonsura aliquam ordinem susceperunt. ¶Item qui in suscipiendis ordinibus saltum fecerunt ¶Item qui quacunqz causa per se vel alium homicidiũ ppetrauerũt vel iudicio sanguinis interfuerunt et qui auctoritatẽ. cõsiliũ. auxilium. vel consensum in aliquo prebuerũt. Vnde mors hominis vel membrorum mutilatio sequereť siue occasio fuerũt aliqua sine causa ¶Itẽ qui litteras scribit dictat aut legit aut aliquod adminiculũ prestat vt aliquis mutiletur vel occidatur. ¶Item clerici seu presbiteri qui in suspentione vel excommunicatõe promoti fuerũt vel celebrauerũt ¶Item sacerdos seu minister cuius negligentia aliquid circa sacramenta altaris inhonestũ quocunqz modo euenerit ad cõsilium epi mittatur ¶Quia quidem presbiteri quos conscie reatus accusat timentes ꝙ si parrochiani sui vel ipsi fratribus predicatorum vel minorum confessi. fuerint pctã fingentes mendaciter contra ipsos dicunt ꝙ cõfessiones ipsorꝝ confitentiũ detegere non verẽtur sub pena emende vel alterius grauissime pene districtius inhibemus ne dictos fratres super detectione cõfessionũ audeant infamare. ¶Peccata notoria de quibus scandalum in populo gñatur decano significent sacerdotes. ꝛ decanus archidiacono vel episcopo. nisi forte per eos sit sopita timentes ne. penã incurrãt si p alios ad eũm scandalum referatur.

¶De sacramento altaris

De sacramento altaris doceant sacerdotes. ꝙ ex virtute verborum que dñs dixit in cena super panẽ et vinum. et ex virtute ordinis sacerdotalis siue bonus siue mal9

sit sacerdos:cum debita materia. contingit q̄ post prolationē verborum super panem et vinum cum intentione conficiendi vbi erat prius purus panis est verum corpus christi de virgine natum.in cruce passum: ad dexteram patris collocatū.impassibile non quale fuit in via sed glorificatum quale est ī patria.Et vbi erat prius purum vinuz est verus sanguis christi.qui de latere eius fluxit.sub vtraq; tamen forma est tot⁹ christus.quia nec corpus est sine sanguine nec sāguis sine corpore.nec corpus sine anima nec vterq; sine diuinitate.Et hoc sacramentum est cibus et refectio anime viuentis per gratiam. et damnatio anime mortue in peccato.quia qui manducat et bibit indigne:iudicium sibi manducat et bibit.

¶ Vt semel in die celebrare sufficiat Innocēn papa.

Nullus audeat bis in die missam celebrare aut cum duplici introitu nisi in magna necessitate scilicet corpore humano presente. In die solenni vel quadragesimali et in die pasche quibus casibus propter necessitatem bis poterit celebrare. ¶ Celebraturus autem secundam missam vinum per fusionis non sumat.sed ministro bonaz habenti conscientiam conferat

¶ De his que circa sacramentū altaris sāt attendēda

Sacerdos vel minister qui in altaris ministrat officio diligenter attendat vt ad conficiendam eucharistiam ad missam et ad communicandum infirmos.formas panis q̄ pulcras q̄ decētes q̄ hoēstas poterit queré nō obmittat. nc p deformitatem formarum:infirmorum vel aliorum deuotio minuať. Attendat igť q̄ hostia sit integra.et integrū habeat circulū.et q̄ vinū nō sit acetosū.et q̄ aquā nō obmittat. Si autez aquā obmiserit.qñ auerterit apponat eā si fieri potest sine scādalo. Si vero p negligētiā eueñ.q̄ plecto canone ꝛ pacta consecratōe corpie:nec vinū nec aqua repiať ī calice:debet statim infūdi vtrūqz ꝛ hostia sic cōsecrata seorsū reuerēter obseruēť hostia aūt noua sicut fieri solet añ calicē apponať.Et reinci-piať canon misse.ibi.scz Te igť.Post coionē vero prior hostia

ab ipo sacerdote sumat. ¶ Caueāt sacerdotes ne pais vl' vinū remaneat sup altare infra missā. ꝑter ipa que ab ipso sacerdote sūt cōsecranda. Et si quid forte remāserit. securius est ꝓpter fatuā quorūdā cōsciam: vt ab ipso sacerdote sumatur vel ab alio mūdā habēte cōsciam. Vñ nō est tutū hostiā eligere super pallā. qr posset ibi aliqua fractio remanere quā aliquis fatuꝰ intelligeret ꝙsecratā. Quo ad illos aūt q̄ sciūt ꝙsecrationē nō fieri nisi comitet intētio: nō est de talib' dubitandū. Precipit pbīs ꝙ q̄n incepint in canone misse. Qui pridie. tenentes hostiam nō eleuēt eā: sed ante pectꝰ suū teneāt. donec dixerit. hoc est enī corpꝰ meuz. Et tunc eleuēt eā decēter et eleuatam eam tandiu teneant ꝙ ab omnibus possit videri et tūc pulsetur cā pana. hoc autem dictum est ne purus panis adoretur a populo. si ante prolationem verborum hostia eleuetur. ¶ Post talem vero sumptionem corporis ⁊ sanguinis domini: presbiter aliquantulū ab expuendo abstineat. et si abstinere non potest in loco mundo hoc fiat qui conculcari non possit.

¶ De particulis circa altare.

Si quid de sanguine xpī ceciderit sup corporale sugenda est ps intincta et ipsuz corpale panno aliquo mundo inuolutum pro reliquiis est seruandum. Si super pallam vel aliud sactum indumentuz ceciderit: pars intincta sugatur et postea scindatur. ⁊ cōsuta aliquo pāno mundo seruetur pro reliquiis. Ita tamē ꝙ sup pānū sedula consuatur cōtinēs. super hoc linteamē stilla cecidit sacramenti. Si super aliud ecclesie vestimentū ceciderit pars intincta prius scindaꝫ et postea sugatur. et deinde comburatur. et cinis in sacrario reponaꝫ. Si autem super lapidem lignum vel terram ceciderit lingendus tergendus et radendus est locus ille. et puluis in sacrario reponatur. Si autē de corpore christi super pallam vel aliquod aliud ornamentum ceciderit pars supra quam ceciderit abluatur. et ablutio a sacerdote sumatur vel ab alio munde conscientie. ¶ Si vero super terram lignum lapidem ve ceciderit locus radatur et puluis in sacrario reponatur.

¶Bernardus. Si musca vel aranea vel aliquid tale in ipsum calicē ceciderit qđ vix sine vomitu et aliquando nō sine periculo corporis sumi potest. sanguis sumatur et superfuso vino ipsū quod cecidit abluatur et ablutio a sacerdote sumatur vel ab alio bone cōscientie et postea id quod cecidit in sacrarium cōburatur quod si fides ipsa id quod ceciderit ꝑpiā sumere fecerit deo gratias. ¶Sacerdos die octauo semper renouet eucharistiam et aquam benedictam ne eorum vetustate aliqui ad indeuotionem moueri valeant aut horrorem ¶Ex consilio lateranensi inhibetur presbiteris ne hostias nō sacratas dent pueris nisi loco panis benedicti die pasche, et tunc statim utentur pueri nec extra ecclesiam portent.

¶De communione pasche.

Docent sacerdotes populum vt tales se exhibere procurent ꝙ saltem die pasche digne communicare valeant et communicent. Legitur enim in libro nūerorū ꝙ si quis mundus fuerit & non fecerit phase hoc est non communicauerit anima eius peribit de populo. et si hoc de mundo dicitur qui non communicat multo fortius de immundo qui tamen propter immundiciam suam abstinere debet ꝙdiu talis est, & nullatenus communicare.

¶De communione infirmorum

In ecclesiis suis dicant sepe presbiteri vt ꝙcito viderit aliquem infirmari presbiterum incontinenti ad audiēdam infirmi confessionem et ad cōmunicandum aduocare procurent nec expectent noctem ad vocandum presbiterū si de die contigerit aliquem infirmari. Singuli sacerdotes singulos habeant calices in quibus communicentur infirmi qui decori sint & mundi ne immūditia horrorē inducat infirmo. sed potius in eis deuotio infirmi excitetur. ¶Itē si quid de corpe xpi in ore infirmi remāserit vel ex inde exierit qđ ab eo recipi nō possit aliquā formā panis hīs ab ipso sacerdote cōuenienter debet consumi vel cōmunitū in calice cū modico vino alicui habēti bonā cōsciam dari. Si aūt infirmus adeo fuerit coartatus ꝙ

ſub magna forma corpus ꝙ̄ nō poſſit recipe ſub minima for
ma detur ei in calice cōmunitū.⁊ cum modico vino inſtillet in
ore infirmi maxime ſi propter aſtantes de ſcandalo timeatur
ne eis ſine viatico decedere videat infirmus. ¶ Piū autem
videtur et tutū vt quilibet ſacerdos infirmū in extremis la
borantem abſoluat de oībus de quibus eum abſoluere poteſt.
Item cum pbīros ad cōmunicandum infirmos contigerit euo
cari.omni dilatione et occaſione poſtpoſita ad eos accedant.⁊
corpus ꝙ̄ cum magna reuerentia et maturitate deferant in
pi pide idonea bene clauſa propter caſum.nec ad hoc dyaconoſ
mittant.ac eundo et redeundo ſeptem pſalmos penitentiales
vel ſaltē letaniā dicant.Moneant etiā parrochianos ſuos et
diligenter inducant vt cum pbīm contigerit deferre corp⁹ chri:
ſti creatori ſuo cum manuū iunctione et genuū flectione du:
tranſit orantes deuotius ſtudeant inclinare.Eis ſiquidē qui
corde contrito preſbiterum cum corpore chriſti deuote ſuperīt
et reduxerīt decem dies de condigna pnīa miſericorditer rela:
pamus et hoc volumus in eccleſia ſepius publicari

¶ Ex conſilio generali

Statutum eſt in conſilio generali et diſtricte iiunctū
medicis corpū. vt cum eos ad infirmos vocari cōtige
rit ipſos ante oīa moneant ⁊ inducant ꝙ medicos aduocent
aiarum vt poſt ꝙ̄ infirmo fuerit.de ſpirituali ſalute prouiſū
ad corporalis medicine remedium ſalubrius ꝓcedatur. ¶ Si
quis autē medicor̄ huius conſtitutionis trāſgreſſor extiterit
tandiu ab ingreſſu eccleſie arceatur donec ſatiffecerit ꝙpetētet
Ceteruz autez cum aīa ſit corpore multo precioſior. ſub ana:
themate prohibet ne quis medicoruz pro corporis ſalute aliud
egro ſuadeat quod in anime periculum conuertatur.

¶ De ſacramento coniugii

Do e ſacramēto coniugii docent ſacerdotes.ꝙ omnis vo:
luntaria ſeminis emiſſio eſt mortale peccatum.tam in
mare ꝙ̄ in femina.niſi per legitimum matrimonium excuſet
ſed fides habet coitum inter marem et feminam legitimo ma

trimonio excusari:si tamen modo debito misceantur

¶ Quomodo fiunt sponsalia

Coniugi matrimonio affectantes fidem licite dare possunt de matrimonio contrahendo si sancta ecclesia id poterit sustinere:hoc tamen non fiat sine presentia sacerdotis. Nunq̃ tamen consentiant contrahentes per Verba de presenti donec sint ante fores ecclesie:quando debet nuptialis benedictio celebrari. ¶ Excommunicent presbiteri in ecclesiis illos qui bannis nondum factis per Verba de.presenti ad inuicem consentiunt anteq̃ debeat fieri benedictio nuptialis. Nisi ex permissu episcopi specialiter concedatur alicui et cum causa.

¶ De consilio castri gonterii

Cum pluries inhibitum fuerit ne persone matrimoniu contrahentes consentiant per Verba de presenti anteq̃ ad benedictionem nuptialem Veniant ante portam ecclesie.et ex huiusmodi constitutionibus nullus aut tatus fructus hucusq; prouenerit.statuimus q̃ tam persone sic contrahentes q̃ illi qui ad hoc consilium prestiterit Vel auxilium:excõmunicationis emendam soluere teneantur.

¶ De bannis ex consilio generali.

Clandestina matrimonia penitus inhibemus prohibentes ne quis sacerdos talibus interesse presumat.Ac precipimus Vt cum matrimonia fuerint contrahenda ea proponant presbiteri publice in ecclesiis competenter. Videlicet per tres dies dominicos seu festiuos sub pena excõmunicationis. ¶ Indicẽtes Vt si qui sciuerint legitimum impedimentum exponere non differant Vel omittant. ¶ Ipsi etiam presbiteri per se nichilominus inuestigent. Vtrum aliquod impedimentum obsistat ¶ Cum autem probabilis apparuerit coniectura. Vel dubitatio circa carnalem copulam contrahendam contractus impediatur expresse.donec per episcopum Vel eius allocatos quid super hoc fieri debeat fuerit diffinitũ. ¶ Ceteri autem de

talibus nec cognoscere possint nec iudicare. Si quis vero clā
destina matrimonia inire presumpserit in gradu prohibito eti
am ignoranter de tali coniunctione suscepta proles prorsus il
legitima censeatur. deparentum ignorantia. nullum habitura
subsidiuz cum illi taliter ꝯtrahētes non cppertes scientie sed
affectores ignorātie videantur Dari modo proles illegitima
censeatur si ambo parentes impedimentum legitimum scien=
tes preter omne interdictum. ideſt si bannis factis in facie ec=
clesie contrahere presumpserunt. ¶ Hanc parrochialis sacer=
dos qui tales coniunctiones prohibitas impedire contēpserit.
aut quilibet presbiter etiam regularis qui eis presumpserit in
teresse: per trienniū ab officio suspendatur. grauius puniēdus
si culpe qualitas postulauerit. Eis etiam qui clam postula=
uerūt copulari licet in gradu concesso condigna penitentia in
iungatur.

¶ De his qui impediunt matrimonium

Copulam carnalem impediunt consanguinitas ꝛ affini
tas: dispar cultus: publice honestatis iusticia: votuz
solenne. coactio: error persone: error conditionis: minor etas. de
licti enormitas. compaternitas que tantum excludit sex per=
sonas. compatrem videlicet. et commatrem. filiolum et filio=
lam. fratrem et sororem spirituales. ¶ Sciendum tamen est
ꝙ in quīto gradu consanguinitatis et affinitatis et supra pos
sunt modo licite matrimonialiter copulari. ¶ Si quis autem
ad impediendum legitimā copulam malicioſum impedimen=
tum obiecerit canonicam non effugiet vltionem. ¶ Semper
prohibeant sacerdotes in nuptiis sub pena excommunicatōis
sortilegia fieri. Et ne alter coniugum ad religionem transeat
aut recipiatur nisi per episcopum

¶ De concubinis.

Prohibeant sacerdotes ne laici tenēāt publice ꝯcubinas
et qui post admonitionem trinā presumpserit retinere

tam ipe ꝙ ipsa p eiusdē loci pbrm ab ingressu ecclesie arceantur grauius puniendi per maiores si perseuerauerint

De extrema Vnctione

Docemus de sacramēto extreme Vnctionis docēt sacerdotes ꝙ sicut dicit btūs iacobus p eā Venialia dimittunt̄ et qñqz alleuiat̄ infirm⁹ quādoqz etiā ad Verā cōtritionē et eterni gaudii ꝟsideratione p eā incitatur, doceant sacerdotes, oēs hoc sacramentū debere recipe tā diuites ꝙ pauperes senes et iuuenes maxīe postꝙ. xiiii. annū cōpleuerit. Et posse licite iterari sine piculo operis cōiugalis quotienscūqz infirmis metum mortis cōtigerit imminē. Dō cū fuerit req̄situm. sacerdos sanctū oleū secū deferat honeste et cum reuerētia. istud mīstret sacramētū.

De ordinibus

Docemus de sacramēto ordinū docēt sacerdotes ꝙ sacramentū eucaristie nō cōficit q̄s nisi sacerdos, nō cōfert q̄s sacros ordines, nisi epūs, et ꝙ cā hñt Virtutē ordines quā ecclīa ꝓfitetur Cū quater in āno regulariter habeāt ordines celebrari scz in ieiuniis solēniter institutis, statuim⁹ ꝓpetua et peremptoria citatione, districteqz ꝓcipimus Vt oēs habētes ꝓchialē eccl̄siā quousqz fuerīt pbri ad ordines saltē predictis tēporib⁹ Veniāt successiue seqz pntent ydoneos et habiles cū effectu infra annū a tpe īstitutōis sub pena, priuatōis beneficii ipso facto, cū de iure teneantur promoueri Vsqz ad ordinez presbiteratus inclusiue.

Itē monem⁹ oēs et singulos ecclesiaꝝ rectores Vt ipi in suis ecclīis residētiā faciāt ꝑsonalē, put tenent̄ et iurauerūt in recepte cure aiaꝝ sibi cōmisse. Cōtrariū Vero faciētes nisi auctoritate aplica. Vel nīa fuerit sup residētia nō faciēda ī dictis suis ecclesiis cū eis dispēsatuz penas super hoc editas incurrere Volumus ipso facto

Ne Venalia ꝓstituantur. ecclesie sacramēta ex cōsilio tñali

Cum intantū pullulare nouerim⁹ auaricia et Vicium symonie Vt quidā pbri ecclesie sacramēta Vendere Videantur cōfessionē Videlz eucharistiā: bñdictionē nuptialē: sepulturam subditis denegādo tacite Vel expresse quousqz sup cōsuetudin

bus prochialibus vel debitis alijs ad voluntatē eoꝝ sibi fuerit satisfactū sub pena magne emēde districtius inhibemus ne cū sacramēta imminēt exhibēda ante sacramētoꝝ ipsoꝝ exhibitionē plenariā aliqđ exigant a subiectis neqꝫ plegios petant. sed cuꝫ ea gratis exhibuerint tunc iura parrochialia et alia consueta debita licite petant et plegios accipiant ac pactiones faciant prout iustum fuerit et viderint expedire.

¶ De septē vicijs capitalibꝰ et de operibus mīe.

Suadeant sacerdotes oībus, septē vicia principalia fugē et plusqꝫ mortez timere tpalē, que cū corpꝰ solū īterimat dicta vitia corpꝰ mittūt et aiam in gehēnē. videlꝫ gulositatē luxuriā, auariciā, accidiā, irā, inuidiā inanem gloriā siue superbiā. ¶ Suadeāt etiā mīe opibus inhēre que sūt pascere esurientes, potare sitientes, nudos vestire, hospites suscipere, visitare infirmos, consolari incarceratos, sepelire mortuos. Qꝫ sicut testatur veritas in euāgelio qui ista facere neglexerīt venietes ad iudiciū audiēt terribilē vocē ¶ Ite maledicti in ignē eternuꝫ, a quo liberemur per dei filium amen ¶ Unde versus

Panem poscenti potum prebe sitienti
Nudatos operi, tecta vagis aperi
Mestis solamen; egris confer medicamen
Quo defunctus eget non tua cura negget.

¶ De fugienda quadam prava consuetudine iurandi piurandi et blasphemandi.

Detestabilem nōnullorum, qui deberent gloriari nomine xpiano consuetudinem et abusum peruersissimū loquendi, iurandi, piurandi. et prothdolor quod deterius est blasphemandi qui in nostra dioceſi plurimum pullulauerūt qui quasi falsi et infideles christiani in singulis suis modis loquendi deum negant siue vt eorum verbis vtamur deum renegant a quo cuncta bona procedunt, et qui sua ineffabili maiestate recti censura iudicii celestia pariter et terrena disponit. Taliqꝫ negatio nō careat scrupulo heretice prauitatis, amputare radicitus pro viribus nostris cupientes ad laudem ipsius dei et do-

mini nostri iesu christi qui nos quotidie temporaliter et spiritu aliter reficit, mandamus districteq; precipimus omnibus et singulis ecclesiarum parrochialium rectoribus qtūs frequenter moneant populum maiorem et minimum, et maxime ribaldos et veredarios qui morbo illo freq̄ptius inuadūtur a iuramentis huiusmodi periuriis, et blasphemiis maxime penitus abstinere

De sobrietate et ieiunio laicorum

Doceant populum sacerdotes verbo et exemplo sobrie viuere, ab ebrietate et crapula abstinere. Inuitationes ad potandum fugere, firmiter iniungentes cūctis tabernarū ne in domibus suis vel locis circunadiacentibus vicinorum suorum. vel aliorum de eadem parrochia causa potationis substineāt conuenticula congregari, ostendentes eis q̄ frequens potatio seu ebrietas est inumerabiliū occasio peccatorum. Si q̄s autem tertio commonitus hinc salubri statuto acquiescere noluerit tam ipse q̄ familia eius ab ingressu ecclesie arceantur.

Precipiant sacerdotes omnibus adultaz etatem habentibz instituta ieiunia obseruare. vt ieiunium quadragesime, quatuor temporum. vigiliarum. videlicet natalis domini, assumptōnis beate marie, natiuitatis beati iohannis baptiste, apostolorum petri et pauli, beati mathei, beatorum symonis et iude, beati andree apostoli, beati laurentii. vigilia omnium sanctorū. Et in letania maiore scilicet in festo beati marci euangeliste, et in tribus diebus rogationum. Et si qua de pretaxatis ieiuniis siue vigiliis die dominica euenerint indicendum est ieiunium die sabbati precedenti. Inhibeant sacerdotes sub pena excōmunicationis maxīe i ndominica quadragesimam precedēte ne quis in prima dominica quadragesime carnes manducare presumat nec aliquid aliud nisi ea quibus in quadragesima licite vtuntur catholici et fideles.

De festis.

Pronunciādum est laicis vt sciant tempora festianda per annum, scilicet omnem dominicam a vespera in vespe-

ram. Festandi vero per annum sunt isti dies scilicet dies natalis domini, sancti stephani, sancti iohannis euangeliste, innocentiuz, sancti siluestri, octo domini, epyphanie domini, natiuitatis beate marie assumptionis conceptionis purificationis annunciationis visitationis et dies parasceue, sanctuz pascha cū duobus diebus sequentibus ad minus. Ascensio domini, inuentio sancte crucis, dies sanctorum philippi et iacobi, dies sancte pentheoostes cum duobus diebus sequētibus. Natiuitas beati iohannis baptiste, et decollatio eiusdem. Duodecim apostolorū et maxime petri et pauli, andree, iacobi, iohānis, iacobi, bartholomei, mathei, symonis z iude, thome et mathie, trāsfiguratio domini, sancti laurentii, et precipue sanctorum gerualii et protasii, in quorum honore mater ecclesia fundata est, exaltatio sancte crucis, sctī michaelis archāgeli in monte tuba, sctī luce dedicatio cuiuslibet oratorii omnium sanctorum. Et sanctorum pontificum, Juliani, martini, nycholai, sancte marie magdalenes. Et ille festiuitates quas singuli sacerdotes in suis parrochiis ab antiquo collaudauerūt cuz populo que vicinis tantum circummorantibus indicende sunt non generaliter oībus. Reliquas vero festiuitates per annum non est cogēdus populus ad feriandum sed monendus vt iupta morez antiquum obseruet. ¶ Inhibeant presbiteri carnificibus in villis mediocribus ne carnes lanient seu vendant die dominica, a principio misse vsqz ad finem

¶ Ex consilio apud sanctum medardum habito

Decreuit sancta synodus vt a septuagesima vsqz ad octabas pasche, ab aduentu vsqz ad octabas epyphanie, necnon ieiuniis quattuor temporum, z letaniis maioribus et in diebus dominicis, et diebus rogationum nisi de cōcordia et pacificatione, nullus supra sancta euangelia iurare presumat. Et in his diebus non debent sacerdotes reliquias laicis exhibere nec vnq̄ pugilibus ad iurandum. ¶ Cum secundum canones monomachia reprobetur, denegandum

eſt cymiterium decẽtibus in duello,et torneamentis quod et de excõmunicatis volumus obſeruari et de quibuſlibet notorie mortuis in peccato mortali

¶ Explicit prima pars Incipit ſecunda
¶ In qua tractatur de his que ſequuntur
¶ Et primo.

¶ De deuotione orantium,de canonicis horis,de libris eccleſiaſticis,de ornamentis altaris, de altari et eius miniſterio,de prefationibus,de calice reponẽdo,de cuſtodia criſmatis,ſacri fontis,reliquiarũ et eccleſie,de rebus eccleſie non alienandis,de cauſis eccleſie,Ne eccleſia vel cimiteriũ aliqua deformitate vel prophanatione ſordeſcant.

¶ De deuotione orantium.

Quum cor querat dñs non loquelam, ſiue cantent ſiue legant preſbiteri ſiue pſalmos orando proferant in mente ſemper habeant qꝫ in conſpectu domini aſſiſtentes ſuũ et ſibi commiſſorum gerunt negocium,quod coram eo poſtulant, qui non expaudiet ora loquentiuz,ſi cogitationes alias euagẽtur vel indigni fuerint poſtulantes

¶ De horis canonicis ex conſiliis generalibus.

Diſtricte precipitur vt ſacerdotes diuinũ officiũ nocturnum patiterqz diurnuz diſtincte et aperte ꝙtum deus dederit celebrent et deuote/honeſtum etiam eſſet qꝫ ſtantes canonicas horas dicerent maxime in diebus feſtiuis vt alii videntes laborẽ et deuotionẽ glorificarẽt deum patrez q̃ eſt in celis Dicãt pbri et abbates iiungãt monachis ſuis q̃ ſũt in prioratibus vt quotidie dicãt officiũ dinũ ſi duo ſũt aut plẽs ⁊ ſi ſolꝰ eſt aliquando, monachus officio ſacerdotis intereſſe procuret et ſi aliter fecerit dicat preſbiter decano, et decanus cognita

ritate ſubtraħat eis portionē quam percipiunt in eccleſia do nec per nos vel officialem noſtrum ſuper hoc ſit prouiſum.

¶ Preſbiteri parrochiales a feſto ſancti remigii vſq; ad paſcha de nocte ſurgant ad matutinas et ſummo mane miſſam celebrent et maxime in eccleſiis in quibus adiacet parrochianorum maxima multitudo vt qui circa terrena negotia ſūt intenti ante laboris ingreſſum poſſint miſſam audire ſi voluerit. ¶ Nullus anteqū matutinas canonicas et primam dixerit miſſam celebrare preſumat. quacunq; neceſſitate occurrente.

¶ De libris eccleſiaſticis

Librum qui dicit̄ manuale habeāt ſinguli preſbiteri parrochiales vbi continetur ordo ſeruicii baptiſmi cathecizmi extreme vnctionis et huiuſmodi et alios libros ī quibus poſſit competenter diuinum officium tam diurnum q̄ nocturnum celebrari ¶ Item cum membra capiti ſe debeant conformare. volumus et monemus quatinus q̄libet parrochialis ſacerdos kalendariam et ordinarium habeat cenom̄ vt in feſtis et officiis ſuis. et in aliis in quibus poterunt vſū matris eccleſie ſtudeant obſeruare ¶ Item iniungimus vt omnes parrochiales preſbiteri librum habeāt ſynodalem vt in eo frequenter et ſolliciti inſpiciant et ſtudeant diligenter vt ſuper officiis ſuis more debito exequendis. et in preceptis ſynodalibus noticiam habeant pleniorem.

¶ De ornamentis altaris.

Linthiamina altaris et veſtimenta ſacerdotalia mūda et nitida obſeruentur ¶ Nimis enī abſurdum videtur in ſacris huiuſmodi ſordes negligere. que dedecerēt etiam in p phanis. Et cum lauanda fuerint non niſi per preſbiterum vel dyaconum vel honeſtam perſonam vel matronam vel virgi nem ſine appoſitione aliorum pannorum prout decuerit abluā tur.

¶ Ex conſilio clementis pape

Corporalia vero ſepe ſacerdotes abluant aut ſaltē dia conus indutus ſuperlicio in vaſe mundo ad hoc ſpecia

liter deputato. Et omnes ablutiones si fieri potest in pi-
scina reponantur Vel ad minus prima. cetere Vero in baptiste
rio. Munda semper habeant manutergia secus altare & ad mi
nus tria. Vnum ad primam ablutionem. secundum post euan
gelium. tercium post sacramenti sumptionem. et quartuz pen
deat in missali. Vel potius in cetuicali ad tergendum os & na
res sacerdotis et freq̃tius abluatur. Nullus permittatur de
seruire altari Vel epistolam legere nisi in superlicio mundo &
honesto Vel saltem in capa clausa.

De altari et eius ministerio

Statutum innocentii

Precipitq̃ in altari in quo tabula mota fuerit Vel enor-
miter fracta sacerdos non celebret donec reconcilietur
altare et iteruz consecretur. nec super lapidem portatilem cele
bretur sine capsa. Ampule seruitio Vini et aque et ministerio
altaris deputate sint munde nitide et integre Vitree stannee
Vel argentee. et ad ablutionem manuum Vas grandius depu
tetur. Prouideant etiam sacerdotes q̃ piscinas habeant iux-
ta altare decentes et mundas ablutionibus cursum liberuz
exhibentes nec sine coopertorio relinquantur.

De prefationibus Pelagius papa

Inueninus decem prefationes sequentes in sacro catho
logo tantummodo accipiendas. Vnam in pascha que sic inci-
pit. Te quidē omni tempore. Aliā in ascensione scilicet. Qui
post resurrectionem. Terciā in penthecoste scilicet Qui asce
dens. Quartā de trinitate scilicet. Qui cū Vnigenito. Quin
tam in festis sancte marie scilz. Et te in Veneratione. Septā
in festis sancte crucis scilicet. Qui salutem humani generis.
Septimā de apostolis scilicet. Te domine supplices exora
re. Octauam in natiuitate domini scilicet. Quia per incarna
ti. Nonam in epyphania domini scilicet. Quia cum Vnigeni-
tus. Decimam in quadragesima domini scilicet. Qui corpo-

rali ieiunio

¶ De calice reponendo

Calix post missam mundissimo panno ꝛuoluatur nec co ministri intus tergant calicem. sed alio ad hoc speciali ter deputato. qui cū satis decens non fuerit vel vetustate atti tus; in sacrario comburatur.

¶ De custodia ctismatis. eucharistie olei scti & reliquiarum ex consilio lateranen̄.

Statuimus vt per omnes ecclesias. crisma fontes oleum sanctum et eucharistia sub fideli custodia clauibus ad hibitis conseruentur vt non possit ad ea temeraria manus extē di. Si vero is ad quem spectat custodia ea incaute reliquerit tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriā nephandum aliquid inde contigerit grauius puniatur.

¶ Ex consilio lateranensi

In consilio statutum est vt antique reliquie antodo ex= tra capsam nullatenus exponantur venales. Inuen= tas autem de nouo. nemo publice venerari presumat nisi prius auctoritate romani pontificis fuerit approbate ¶ Precipitur sacerdotib⁹ vt diuinis officiis celebratis: et populo regresso ad propria ecclesias suas firmare studeant diligenter

¶ De rebus ecclesie non alienandis

Precipitur sacerdotibus vt oēs reditus ecclesie scribant in missalib⁹. Et de rebus ecclesie vel presbiterii nichil alienetur nisi per episcopum. ¶ Statuitur etiam ꝙ ornamen= ta ecclesie nunq̄ obligentur pignori nisi pro necessitate ecclesie et cū consilio parrochianor. ¶ Precipitur etiam presbiteris vt immobilia de bonis ecclesie acquisita suis tantummodo relin= quant ecclesiis. de iure enī aliud facere non possunt.

¶ Ex consilio turonensi.

Nullus cleticus vel laicus vel religiosa persona recipi= at decimam de manu laici nisi per epm. Prohibitur si stricte ne aliqua ecclesia domino terre coniugiū faciat vel ali= quid tale confferre presumat donec episcopi super hoc habeat co silium. et auctoritate eius fiat quod fuerit faciendum

¶ Eiusdem consilii

Precipitur sacerdotibus vt cum res vel homo ecclesie ab aliquo violenter arrestata vel detenta fuerit moneant detentores vt reddat vel restituat et sacerdos vel decanus cautionem recipiat non detentor et coram officiali vel episcopo partibus assignet terminum competentem. Si vero restituere vel reddere noluerit. & de detentione cōstiterit locus in quo res ecclesie detinet interdicto supponat si locus est detentoris. alioquin compellat detentorem per censuram ecclesiasticā premissaq; monitione

¶ De causis ecclesiasticis

Nullus abbas vel persona ecclesiastica de personalibus iniuriis vel elemosinis ecclesie factis audeat litigare coram iudice seculari. Nisi de consensu episcopi ¶ Item precipimus causas ecclesiasticas tractari scdm iura ecclesiastica nō per modum curie seculatis.

¶ Ex consilio turonen

Quia ex emptionibus siue cessionibus actionum que in colusionem ecclesiastice iurisdictionis frequenter fiunt multa solent scandala prouenire. ¶ Prohibemus districtius ne de cetero fiat cessio vel venditio actionum nisi vbi quis tenetur de iure alii cedere actiones et hoc precipimus sepius publicari.

¶ Ne ecclesia vel cimiterium aliqua deformitate et prophanatione sordescant

Firmiter inhibetur ne supellectilia sacerdotis ppria vel aliena in ecclesiis admittantur nisi propter hostiles incursiones. aut incendia repentina seu alias vrgentes necessitates ad eas oporteat refugium haberi sic tamen vt necessitate cessante ad loca prestina reportantur ¶ Item ymagines vetustate deformate vel linthiamina facta. vetustate attrita sacris vsibus inutilia comburentur in loco mundo. et pulius iuxta parietem ecclesie tecondatur. quia si aliter fieret possent intuētes inducere in horrorem. ¶ Item prohibeant sacerdotes sub pena excōmunicationis in cimiterio vel ecclesiis choreas duci. mone

ant etiam ne alibi fiant maxime diebus dominicis et festiuis: Quia vt dicit augustinus. Melius est diebus dominicis et festiuis terras fodere q̄ choreas ducere. Et q̄ graue peccatū est in sacto loco choreas et balationes ducere perpendi potest ex penitentia scd̄m canonicum tigorem talibus iniungenda de quibus Beda. Si quis balationes ante ecclesias scōr fecerit emendatione pollicita tribus annis peniteat ¶Beda. Nullus de nouo edificare permittatur in cimiterio, nec domus aliqua si diruta fuerit per annum durante ruina aliquatenus reparetur

¶Explicit secunda pars
¶Incipit tercia

De vita et honestate presbiterorum cum suis particulis de institutionibus personarum. de firmariis et capellanis. de questis. de leprosis. de testamentis. de executionibus mandatorum. de excommunicatis. de eorum absolutione. de officio decanorum. de potestate presbiterorum.

¶De vita et honestate presbiterorum quo ad continentiam ex consilio generali.

Continenter et caste viuere studeant vniuersi presertim in sacris ordinibus constituti cum voto continentie tacite sint astricti. Matrimonium enim contrahere nequeunt nec vti contracto nec cuiq̄ licitum est fornicari. Regulares autez expresso videlicet voto ad continentiam specialius obligantur. ¶Caueant igitur omnes ab omni libidinis vicio. et mapime illo propter quod ira dei venit in filios diffidentie. vt in conspectu dei puro corde et mundo corpore valeant ministrare Quo circa districtius inhibemus ne vllus clericus in sacris ordinibus costitutus aliqua occasione teneat in domo sua vel alibi mulierem vel personam aliquam de qua possit mala suspicio suboriri. vnde populus scandalizetur. ¶Qui vero post canonis sentenciam inde latam focariam vel aliam cum scandalo publice retinere presumpserit; sciat se vinculo excōmunica

tionis innodatum. Et si celebrauerit sic ligatus irregularis effectus est:nec sine dispēsatione sedis apostolice potest a modo celebrare. ¶Si capellanus vel firmarius super lapsu carnis fuerit de cetero diffamatus adeo vt non possit purgare innocentiam suam legitime:omnia eius mobilia episcopo remanebunt:nec eo viuente in diocesi remanebit.et persona ecclesie ad arbitriū epi puniet̄ur. ¶Ex consilio turonensi.

Prohibetur districte sacerdotibus.ne secum habeant prolem quam in sacro ordine genuerit vt scandalū euitet

¶De vestibus et habitu clericor. Ex consilio gñali.

Clerici beneficiati in sacris ordinibus constituti clausa desuper deferant indumenta. nec nimia breuitate.nec longitudine sint notanda ¶Ex consilio metropolitano.

Qui constitutionis huius transgressor extiterit p superiorem puniatur.et vestis apta portata ī publico pauperibus erogetur. ¶Item prohibemus districtius ne presbiteri indumentum scutatorum quod dicitur hergaut vel aliud laicale indecens indumentum desuper deferre presumant. Et si quis contra hoc facere fuerit inuentus vel detectus indumentum amittet aliterq3 grauius puniemus eundem.

¶Ex consilio generali

In sacerdotio constituti vel personatibus capas clausas deferant non manicatas nisi forte ad tempus iusti causa timoris:fibulas omnino non ferant clerici nec corrigias auri vel argenti ornatū habētes,nec anulos nisi quibus cōpetit ex officio dignitatis.Pānis rubeis vel viridibus nec non manicis aut fotulariḃ consuticiis seu rostratis sellis frenis pectoralibus et calcaribus deauratis non vtantur.

¶Ex consilio turonensi

Statuim9 vt cōdonati cuiuslibet dom9 religiose signum aliqđ ī cmineti loco deferāt ad arbitriū epi et religiōis cōgruētia indumēta. vt p hoc ab aliis distinguāt̄.a sicut religiosi ab eccl̄ia defendant̄.et ad hoc p suos pbros cōpellantur.

¶Ex consilio turonensi.

Postricte precipitur ne pbri vel clerici neqz religiosi cultellū portent cū cuspide nisi iusti causa timoris.

¶ De sobrietate clericoꝝ ex cōsilio ḡnerali.

Ab Crapula ⁊ ebrietate oēs clerici abstineāt diligēt. Nō vinū sibi tempēt et se vino. nec ad bibendū quēpiā inuitent cū ebrietas inducat et mētis in exiliū et libidinis puocet incētiuū Si qs autē sup his se culpabilē exhibuerit nisi cū monit⁹ a supiore se correxerit et satiffecerit cōpetenter ab officio et bñficio suspēdat. ¶ Itē cū in cōuiuiis freqūptibus et superfluis q̄ simul faciūt pbri scādalizētur laici. Volum⁹. cōsulim⁹ et precipimus qp a talib⁹ se tēperēt sacerdotes. et si aliquē vel aliquos voluerīt inuitare amicabilit eū vel eos sine strepitu et sine scādalo ferculis nō superfluis studeāt ꝓcurare. et superflue expendenda paupertibus erogare

¶ Ne clerici secularib⁹ negocijs se imisceāt. ex cōsilio ḡnali

Clerici cōmercia vel officia secularia nō exerceāt maxīe inhonesta. minis. histrionib⁹. et ioculatorib⁹ nō intēdāt ⁊ tabernas prorsus euitēt. nisi forte causa necessitatis in itinere ꝯstituti. ad alcas et taxillos nō ludāt. nec ea in domibus suis habeāt nec huiōi ludis intersint. tonsurā et coronā habeāt conguruentē et se in officijs ecclesiastic⁹ et aliis bonis studiis exerceāt diligenter

¶ Statutū synodale

Clerici beneficiati seu in sacris ordinib⁹ cōstituti nō sint aduocati pro precio seu in fraude precij in curia laicali nec loco laicoꝝ curiā teneāt. nec coꝝ balliis illicitis p̄ficiātur vel bailliuis associentur. Nusq̄ etiā cōtra parrochianum aduocatus existat pbr̄ vel psona. Nec vllā artem cirurgie sub diaconus. dyaconus vel sacerdos exerceat que adustionē vel incisionem inducit. Nec quisq̄ purgationi aque feruentis vel frigide seu ferri cādentis ritum cuuslibet benedictionis aut consecrationis impendat.

¶ Ex consilio ḡnerali

Nullus cleric⁹ sententiā sanguis dictet aut scribat aut proferat nec vindictam sanguinis exerceat aut vbi

expectebitur interſit nec quiſq̄ clericue litteras ſcribat aut di
ctet pro vindicta ſanguinis deſtinandas. ¶ Et eodem. Mo
neant parrochianos ſuos preſbiteri diligenter vt pueros ſuos
tam mares q̄ feminas ad eccleſiam mittant. vbi preſbiteri p
ſe ipſos vel capellanos aut clericos ſuos doceant pater no=
ſter Aue maria. Credo in deum ſi fieri poteſt. ¶ Studeant
iterum ſacerdotes vt qui filios habent clericos eos inſtrui fa
ciant diligenter. et ſcolas attentius freqūtare. quia illitterati
non ſunt ad beneficia eccleſiaſtica admittendi.

¶ De inſtitutionibus perſonatum.

Cum electio vel preſentatio ptineat ad pronum ad pre=
latum vero collatio: non conferat eccleſiam alicui pa
tronus. ſed preſentandum eligat et preſentet. Et bonum eſſet
q̄ ſub hac forma vel ſimili. ¶ Cum ad talem eccleſiam libe=
ram et vacantem. in qua ius patronat⁹ habemus talem cleri=
cum latorem preſentium eligimus: vobis eum preſentamus
ad eam. Electum ad eccleſiam vel capellam preſentet patro
nus loci archidiacono. Deinde archidiaconus epiſcopo. coram
quo ſi fuerit admittendus: tria iurare tenetur. que vt memori
ter teneantur. hic inſeruntur ad plenum. Primū tale eſt Ego
.N. ad talem eccleſiam electus et preſentatus. iuro me nichil
dediſſe vel promiſiſſe pro iſta eccleſia habenda. per me vel per
alium datum eſſe vel promiſſum me ſciente. Et ſi ad noticiā
meam deuenerit aliquid datum eſſe vel promiſſum: propter
hoc ſtatim eccleſiam reſignabo ſic deus me adiuuet et hec ſan
cta. Et tunc dicitur ei. Recipio te ad talem eccleſiam. In no=
mine patris et filii et ſpiritus ſancti amen.

¶ Sequitur ſecundum. Ego. N. Juro tibi pater venerande
N. dei gratia Cenomanenſis epiſcopo tuiſq̄ miniſtris et ſuc
ceſſoribus canonice inſtituēdis fideliter obediam in omnibuſ
que michi legitime duxeritis iniūgenda. ſic deus me adiuuet
Terciū eſt. Ego. N. iuro q̄ bona et iura eccleſiaſtica talis
eccleſie q̄ diu eam tenuero pro poſſe meo defendam et ſeruabo

Et si qua sunt illicite alienata pro posse meo de bonorum consilio reuocabo. sic deus me adiuuet et hec sancta. Tunc ei dicitur. Ego curam animarum talis ecclesie tibi committo Vt in die iudicii pro me et pro te ꝑtum ad tuum pertinet officiū rationem reddere teneatis. iterū ei dicitur. In virtute obedientie quam iurasti michi tibi precipio ꝙ in ecclesia residentiā facias personalem continue. et si non es presbiter ad ordines venies successiue nisi tecum aliter per episcopum fuerit ordinatum.

Ex consilio turonensi.

Nullus clericus patrono faciat iuramentum anteꝙ sit episcopo presentatus. presentato autem dum receptus fuerit districtius iniungatur. ꝙ ad patronum redeat et debitū faciat iuramentuz. qđ tale est Juro ad sancta dei euāgelia ꝙ presentationem de me factam ad ecclesiam talem. a te abbate et non ab alio adoptabo. et si quas portiones habes vel habere consueuisti in dicta ecclesia nichil per me tibi de eis deperibit fraudulenter. nec per alium me consentiēte. sic deus me adiuuet et hec sancta. Sed ne resignationes fiant in manibus abbatum. vel quorumlibet patronoꝝ. sed in manu episcopi tantum districtius inhibetur. Cum quis autem in minoribus ordinibus constitutus ad parrochialem ecclesiam presentatus fuerit. eius institutio seu in possessionem missio differatur donec fuerit in subdyaconum ordinatus. ac ecclesiam custodiat archidiaconus sicut ante. Et dum promotus fuerit in subdiaconum se instituendum et consueta sacramenta factum episcopo representet.

De firmariis et capellanis
Statutum episcopi synodale

Statuimus Vt firmarii seu cappellani quibus ecclesie committuntur obedientiam iuramento promittant ꝙdiu ecclesiam teperint obseruandam: quod nisi fecerint penitus eppellantur. Quia nonnulli parrochiales ecclesias assecuti preter consensuam episcopi vel archidiaconi a fir-

marlis vel vicariis eorum adeo magnas exigunt portiones
q̄ idem vicarii vel firmarii non possunt de residuo sustenta/
ri. Statuimus q̄ de cetero in tradendis ecclesiis ad firmam ℞
pensionibus imponendis episcopi vel archidiaconi requiratur
assensus. factaq; inquisitione per archidiaconum vel bonos
aliquos loco eius de redituum ecclesie quantitate: vocataq;
persona fiat firme taxatio vt de residuo vicarius vel firma
rius ad sui suorumq; sustentationem quindecim libras turo-
nensiū habeat preter firmam. ¶ Si autem talis erit parro/
chia q̄ propter sui diffusionem aut plebis multitudinem duo
rum egeat officio sacerdotum ad eorum sustētationem. xxii.
libras turoñ et dimidiaz: dimittere teneatur. Et si plures exe
gerit iuxta episcopi dispositionem eorum sustentationi con/
grue consulatur. Et hec saluis constitutionibus de firmis ve
teribus non augendis a nostris predecessoribus promulgatis
nisi quātum probari poterit redditus excreuisse duximus sta
tuendum. ¶ Item firmiter inhibemus ne firmariis commit-
tantur ecclesie quarum reditus et prouentus tam exiles exi-
stunt vt eatum augmentatio exigatur. hec idem dicimus de
illis ecclesiis quarum fructus et prouentus. x̄v. libras turoñ
non excedunt in quibus volumus proprias personas deserui-
re. vel omnes fructus relinquere seruienti. ¶ Nullus curam
animarum habens. vel non sacerdos ad firmam recipiat eccle
siam nec sacerdos etiam nisi de licentia episcopi vel archidia/
coni. dum tamen archidiaconus solicitudinem super hoc ad/
hibeat cōpetētem vt de ordinatione ipsius legitime constet ei
Quod de quolibet ignoto volumus similiter obseruari ante-
q̄ in dyocesi cenoñ officium presbiterii exequatur.

¶ De questis ex consilio generali

Nullus recipiatur ad elemosinas questēdas sine lr̄is dñi
epi nisi prochianus eccl̄ie vel de vicinia fuerit natus.

¶ Ex eodem consilio.

Nullus recipiatur ad predicandum nisi fuerit autenti/
ca persona. vel ad hoc ab episcopo destinata. Questo

res quoqz ecclesiarum tantum ea dicant populo que in litteris domini pape vel episcopi continentur Sacerdos tamen loci populum sibi commissum diligenter inducat ad elemosinas erogandas pietatis intuitu nō animo extorquendi. ¶ Inhibemus autem decanis ne cartulos questarum mittant presbiteris, nisi sub forma quam sigillo nostro viderit sigillatam. nullo addito vel mutato. nec eos presbiteri recipiant nisi sigillo nostro vel decani fuerint sigillati. Questam fratrum cartusiensium faciant presbiteri annuatim secunda dominica quadragesime et dominica altera. Questam mulierū penitentium cenomañ et nobis sigillatas transmittant die cene cuz certa subscriptōe

¶ De leprosis.

Ut leprosis auferatur occasio euagādi et scādalum de eorum frequētia inter sanos. eis inhibeant sacerdotes ne leprosos extraneos vltra vnā noctē suscipiant ad hospicium ne villas intrēt. castella vel ciuitates: ne ī taberna vel coram taberna sedeāt ad bibēdū ī villis. Qd si cōtra fecerit. et qui eis iniuriatus fuerit in p̄missis nullam inde iusticiam reportabit ¶ Sacerdotes populū moneāt diligēter vt leprosis suis puideāt sēm consuetudinem cenom̄. Et si necesse fuerit eos cōpellupostulent per decanum. Inhibetur publice sub pena excommunicationis et districte ne leprosis in ciuitate vel oppido aliquid erogetur.

¶ De testamentis.

Precipitur sacerdotibus vt testamentum suum quod de mobilibus licet ei facere. rationabile tamen nunq̄ faciant per manum laicalem. ¶ Et ipsi freq̄ter prohibeant laicis. ne testamenta sua faciant sine presentia sacerdotis. Ostensilia que prius inuenerint presbiteri in ecclesia vel capella reliquāt tanq̄ ecclesie propria successor. et si nulla/vel pauca inuenerint de his que per eos vndecunqz per eos fuerint acquisita relinquere teneantur ad sufficientiam ipsi ecclesie tam de minimis q̄ de magnis. ¶ Inhibeāt sacerdotes īfirmis et publice in ecclīa ne q̄s plusq̄ tres vagiarios cōstituat alioq̄n nichil capiet i ei⁹ testamēto cui neglexerit ihibere. Statuim⁹ vt īfra dece

dies a die oblitus testatoris ad nos vel officialē vel decanum loci.gagiatii et alii ad quos hec pertinent accedant.secum testamentum si fuerit scriptum delaturi.et si scriptum non fuerit.per eorum sacramentum quod testator deposuerit probaturi:vt tunc prefati testatoris voluntas in formā publicam redigatur.hoc autem de his intelligimus qui summam centum solidorum cenom excedunt. ¶Incipiant gagiarii defuncti exequi voluntatem infra mensem et pro posse suo continue exequantur.Et si circa hoc extiterint negligentes decanis iniungimus vt diligenter et fideliter exequantur. ¶Item quia quidam presbiteri cum amicis defunctorum paciscuntur vt quartam vel quintam partem bonorum defuncti habeant eis residuum relinquentes nec curantes in aliquo exequi voluntate testatoris firmiter iniungimus et districte vt ad exequenda defunctorum rationabilia testamenta caritatiue procedāt beneficium sibi debitum tanto moderamine petentes vt ex immoderatione seu cupiditate nullum scandalum oriatur.

¶De executionibus citationum.

Super citationibus coram ordinariis iudicibus faciēdis credant presbiteri et decani his qui fidem dederint de mandato.et iudicem de citatione certificare procurent. ¶De excommunicationibus vel absolutionibus nunq̄ sine litteris credant.Sentētias audaciter ferant:latas districte obseruēt Ne timore prcant alicui vel amore gratis anteq̄ certificēt exequantur que in suis parrochiis infra quartam leuge fuerint exequenda.Et qui rescribere non poterunt.saltem sigilla sua litteris mandatoriis apponant. ¶Quia nonnulli litteris apostolicis abutuntur.Volentes eorum fraudibus obuiare: statuimus vt qui mandatum alicuius delegati receperit de citando nō faciat quod mandatur nisi in mādato contineātur expresse nomina locorum iudicum dyocesum et personarum .et nisi autenticum ostendatur.vel eius transcriptum sub sigillis autenticis et notis sigillatum et si actor vel locus in citatorio

compreßenſi.ignoti fuerint citatori nec de ipſis certificari poſ
ſit inquiſitione diligenti adhibita citate ſuperſedeat.donec no-
biſcum vel officiali vel decano habuerit conſiliū.Ad quod ha
bendum precipimus q̄ feſtinet et ne interim exequi compella-
tur ſedem appellet apoſtolicam.Sciens q̄ ſi propter huiuſmo
di incertitudinem per citantis incuriam citatos contigerit dā
num aliquod ſuſtinere,eſtimationem damni prout iuſtum
fuerit eis reſtitui faciemus. ¶ Statuimus etiam vt iudices
in noſtra dioceſi delegati a ſede apoſtolica non aliter in cauſis
procedant citando.vel aliud faciendo.niſi autentico prius ex-
hibito et inſpecto ab ipſo actore.ſi preſens fuerit coram ipſis iu
rante vel coram eorum allocato q̄ reſcriptum de mandato ip
ſius extitit impetratum.et q̄ actionem quam proſequi inten-
dit.habet et credit et tunc credebat habere contra eum quē ad
iudicium poſtulat euocari.nec eum vexabit alias coram alus iu
dicibus iſta lite pendente.et ſi eque commode ius ſuū proſequi
valeat coram ipſis honeſtis tamē perſonis et grauibus de qui
bus nulla poteſt ſuſpicio ſuboriri.remitti poterit huiuſmodi iu
ramentum ¶ Quia quibuſdam a ſede apoſtolica conceſſū eſt
aliquid ad iuſticiā et pietatem:in īiuſticiam conuertentes per
litteras apoſtolicas parrochianos ſuos.vel alios coram remo
tis iudicibus in cauſam malicioſe trahendo vexare preſumūt
vt quod de iure non poſſunt:per fatigationes et expenſas va-
leant extorquere ſub graui pena iniungimus q̄ tam preſbiteri
q̄ clerici ab huiuſmodi moleſtationibus et malicioſis vexatio
nibus deſiſtant.ſcituri pro certo q̄ ſi contra hoc fecerint: mali-
ciam eorum prout iuſtum fuerit pugnicmus

¶ De excommunicatis et eo/rum abſolutione:

P Reſbiteri excōmunicatos a nobis vel officiali noſtro
ſingulis diebus dominicis denuncient.et ab omnibus
precipiant artius euitari exponentes populo periculum de par
ticipatione cum excommunicatis. Communicantes cum eis

post denunciationem diligenter inquirant et eis de quibus cō/
stiterit q̄ communicauerīt. ingressum ecclesie interdicant to=
tulum etiam habeant in quo excommunicatorum nomina sue
parrochie conscribantur. ¶Et si ex diuersis causis aliquis sit
excommunicatus hoc totum scribatur et in denunciatione di
catur. ¶Quicunqz iam latam excommunicationis sententi/
am impetrauerit:publicari infra decem dies procuret eandem
et in signum facte publicationis ꝟām sigillari et si diutius
suppressa fuerit non prosit postea impetranti.sed eo inuito ab=
soluatur quandocunqz petierit sic ligatus. ¶Si quis vero per
quadragintа dies excommunicationem sustinuerit renunci /
ciet presbiter excommunicatori si sit de nostra dioceſi . Vt per
iusticiam secularem ad gremium sancte matris ecclesie redi=
re compellatur.etiam si eo non absoluto compositum fuerit
inter partes. ¶Item constitutum est vt postq̄ aliquis excō
municatus in sua malicia per viginti dies et amplius perse=
uerauerit extunc presbiter eius interdicat familiam.et eis di/
uina deneget.donec de excōmunicati absolutione liqueat ma=
nifeste. ¶Et qui excommunicati sunt a canone vel consilio
vel episcopo ipso facto qui ignorant ꝛ a plurib⁹ ignorantur
in casibus in quibus ignorare non debent:eos prima dominica
cuiuslibet mensis precipimus in ecclesia publicari ¶Excom=
municati sunt a canone qui in clericos vel quoscunqz religio
sos manus iniiciunt violentas. qui incendunt ecclesiam vel
cimiterium.qui litteras domini pape falsant. vel ad hoc admi
niculum prestant. vel falsas scienter penes se vltra quindeci
dies reseruant. vel qui falsis vtuntur.etiaz ignorantes si cras
sa sit eoꝝ ignorātia vel suppina.q̄ vt predictū est canonis sen
tentiam incurrunt.et talium absolutio sedi apostolice reser/
uatur.hoc excepto q̄ de leui manuum iniectione.potest episco
pus absoluere.etiā incendiarios anteq̄ fuerīt per ecclesiaz pu=
blicati. ¶Item excommunicati sunt a consilio prouinciali
omnes illi qui litteras suas aliis tradunt vt per eas alii fa/

S. Genovefa Paris.

tigentur/qui eas recipiunt : qui vexant homines per litteras
varias vel diuersas apostolicas contra quos nichil hñt que /
stionis. qui litteras ad futuras trahunt controuersias:qui su
per vno negocio aliquem vexant per litteras varias vel di=
uersas.et qui de pluribus actionibus personalib9 que sub vno
iudice possent terminari commodius vexant aduersarium co
ram diuersis iudicibus. Qui citari faciunt aduersarium ma=
liciose ad diuersa loca. Qui citari faciunt ad villam que com
mune nomen habet cum aliis villis et dum aduersarius non
comparuerit excommunicatur.et propter istam sententiã quã
incurrunt ipso facto.catere debent talibus litteris.et in expen
sis nimiis propter hoc habitis condemnari. ¶ Item excommu
nicati sunt auctoritate prouincialis consilii omnes illi qui par
rochianos nros iuris suũ in foro ecclesiastico psequẽtes vel prose=
qui intendentes facto vel verbo impediunt quominus id li=
bere faciant:qui minas vel terrores seu vexationes eis vel e=
orum amicis inferunt vel inferri faciunt.qui bona sua vel a=
micorum suorum sarsiunt vel capiunt vel aliquid in fraudem
predictorum attentant:et illi ad quorum instantiam talia fue
runt attentata.et isti per episcopum sunt absoluendi.

¶ Item excommunicati sunt per episcopum in synodo
qui iura minuunt episcopalia vel libertates infringunt eccle=
sie vel ad hoc auxilium vel consilium prebent.

¶ Item publici vsurarii.et sortilegia de sacramentis ec=
clesie facientes.

¶ Item qui maliciose procurauerit abortiuum.qui ad coniun
gendum falsa vel disiungendus bona matrimonia vel ad ex
heredandum aliquem scienter deponũt testimonium falsitatis
¶ Forbanniti qui personis ecclesiasticis mandant diffidatio=
nes.receptatores eorum.et qui eis auxiliũ vel cõsiliũ p̃bent
Qui in sacris ordinib9 ostituti.et bñficiati in ciuitate et dyoces

cenom̃ lubunt cum deciis causa lucri. Qui procurationem acci
piunt nisi causa Visitationis ad locum accedant et hi per epi
scopum possunt absolui

¶ De absolutione.

Deuote et cum grauitate est absolutio impendenda a de
canis quibus hoc frēp̄ter demandatur. Et caueant in
primis p̄ plegios accipiant competentes de emenda: et eorum
nomina penes se scripta retineant prouidentes ne propter de fe
ctumplegiorum vel impotentiam de suo supplere cogantur. et
hoc idem attendant presbiteri si sibi fuerit alicuius absolu
tio demandata. ¶ Sepe contingit vt ep̄comunicationis litte
ra post obtentum absolutionis beneficium. remanente apud
eum qui impetrauit eandem. fraudulenter obiiciatur iteruz ep̄
comunicationis iam sublata. et tanq̄ ep̄communicatus euita
tur et repellitur absolutus ¶ Contingit etiam in multorum
petniciem vt penes creditorem post absolutionem instrumen
to debiti remanente. Iterum petitur iam solutum quando q̄z
scienter ab eo cui numeratum extitit. et quandoq̄z per igno
rantiam ab herede. His perfidie occasionibus occurentes statu
imus vt in solutionibus faciendis. et absolutionibus impendē
dis tā excōicationū q̄p aggrauationū ire deferāt. nec aliter ab
soluendus vel debitor satisfacere compellatur nisi actor vel
creditor soluentē vel absolutū instrumento muniat cōpetenti.

¶ Ex consilio turonen̄

Quum aliquis ep̄comunicatus pro defectibus ab ecclesia ē
absoluendus super hoc pars aduersa certificetur. et tunc
receptis plegiis de emenda et prestito iuramento q̄p iuri parebit
de causa illa propter quam fuit ep̄comunicatus solennitet ab
soluatur verberando cum psalmo penitentiali scilicet miserere
mei deus. etc. ¶ In fine kyrieleison. Pater noster. Et ne nos.
Saluum fac. s. t. Domine exaudi. Dñs vobiscum. ¶ Dō.
Presta quesumus domine huic famulo tuo. N. dignum
penitentie fructum. vt ecclesie tue sancte. a cuius in
tegritate deuiarat peccando: admissorum reddatur innocius

Veniam consequendo. Per dominum nostrum iesum cristum
Et ego auctoritate dei patris omnipotentis. et beate marie ⁊
beatorum apostolorum. petri et pauli. et omnium sanctorū et
dñi episcopi. Vel officialis Vel decani. te absoluo ab ista excō
municatione de qua tu satisfeceristi. In nomine patris et filii ⁊
spiritus sancti amen. ¶ Sciendum est q̄ excommunicatus eti
am a domino papa a quolibet alio sacerdote absolui potest in
articulo mortis satisfactione premissa Vel soluto prius iudica
to: si pro re iudicata fuerit excōmunicatione innodatus. Si ta
men de hoc non habeat facultatem recepto ab eo iuramento q̄
cito habebit oportunitatem excommunicatoris sui presen-
tiam adibit mandato ipsius pariturus. Si autem infirm⁹ of-
fensam emendare non poterit. Vel soluere iudicatum: inducen
dus est heres Vt hoc faciat. et per iudicem non per penitentia-
rium compellendus

¶ De officio decani

¶ Statuimus Vt decani quālibet sibi subiectā ecclesiaz
visitent annuatim psonaliter. et prioratus. Et si pro
curationes obmittere voluerint. nullatenus visitationes ob
mittant. et dum visitant: officium testium synodalium exer-
centes inquirant summarie. de notoriis criminibus et scanda-
lis eiusdem loci tam clericorum q̄ laicoruz et quod per se cor-
rigere non poterunt episcopo referant infra mensem. Vt scdm
eorum relationē ad plenam inquisitionem descendat episcop⁹
et corrigat Vt viderit expedire. ¶ Inquirant etiam Vtrum ec
clesiis Vel prioratibus fuerīt imposite noue pensiones ab ab-
bate Vel aliquo alio absq; consensu episcopi et quod iuenerit
episcopo renunciēt fideliter absq; mora. Et hanc inquisitionē
extendi volumus ad subiectos et exemptos de quorum priui
legiis fuerit dubitatum. et si ea ostendere noluerint. sicut de-
bent: pro exemptis nullatenus habeantur. nec inquisitionibus
supradictis nec aliter in iudiciis ¶ Ad officium decanoruz p-
tinere censemus Vt dominos seculares qui dominicis diebus
et festiuis. et maxime in festis beate marie nundinas statuūt

congregari moneant et compellant si necesse fuerit monitione premissa Vt eas ad dies alios statuant et studeant assignare. Cum in diebus predictis non possint sustineri sine periculo animarum

¶ Vniuersis decanis precipimus in virtute obedientie districtius iniungentes quatinus eorum quilibet presbiteros sibi subiectos quater in anno ad suam euocent presentiam vbi et quando viderint expedire et ibi singuli presbiteri libros suos sinodales perfectos & correctos afferant:et in eorum congregatione legat vnusquisq; aliquam libri particulam quam ei decanus duxerit iniungendam. Ita vt in quatuor vocationib9 supradictis totus liber legi valeat et exponi Eos autem qui ad vocationem decani cum libro non veniunt sinodali remittat decanus episcopo suspensos ab officio nisi fuerint legitime excusati ¶ Sciant decani presbiteros parrochiales interdicere posse et arcere ab ingressu ecclesie tabernarios & familiam recipientes in tabernis conuenticula potatorū de eadem parrochia et eos qui public̃e tenent concubinas et condonatos religiosorū vel domus dei qui signum condonationis deferre recusant . et communicantes cum excommunicatis et familiam excommunicati postq̄ per .xx. dies in sententia fuerit obstinatus. & honere etiam possunt et excommunicare in casu recredentie cū res vel homo ecclesie detinetur prout hec omnia colligi possunt ex predictis in locis de ista materia facientibus mentionem

¶ Permittimus etiam vt interdicere possint ingressum ecclesie & ecclesiastica denegare per consequens sacramēta post octabas pasche omnibus illis qui soluendo fuerint et denarium beatissimi iuliani non reddiderint vel alios parrochiales denarios. ne pro quatuor vel quinq; denariis litigando incurrant ipsi graue dispendium. Vnde si quis presbiter aliquam talem sen

tentiam tite tulerit eam non reuocet decanus neqz superior sed etiam faciant eam vsqz ad satiffationem condignam firmiter obſeruari.

¶ Noua inſtitutio.

¶ Romana eccleſia et infra. Nec appellationis articulo pretermiſſo nec alias etiam cum minime appellatum extitit. turonen̄ archiepiſcopus vel eius officialis de cauſis cleticorum tanq̄ iudices: licet in ipſos idem cletici de facto conſentiant abſqz dioceſanorum ſuorum voluntate cognoſcant. Neqz ſuffraganeorum turonen̄ eccleſie ſubditos ipſorum delegationē ſuſcipere. vel ſententias vel p̄cepta exeq̄/aut in cauſis p appellationem devolutis ad eos teſtimonium niſi aliud in his tribus de conſuetudine obtineat perhibere compellant ¶ Nec etiam ſuffraganeorū ipſoruz officiales aut archidiaconos preſbiteros archipreſbiteros alioſqz inferiores prelatos ſuffraganeis eisdem ſubiectos (duz modo aliud eis contraria conſuetudo non tribuat) nec ſubditos ſuffraganeorum ipſorum ſuper ſalariis aduocatoruz in cauſis que in turonen̄ ventilantur curia cogant querelantibus in ſua preſentia reſpōdere ¶ Contrahentes vero aliarum dioceſum. ſuper contractibus initis in dyoceſi turonenſis ab eisdem niſi inueniantur ibidem trahere coram ſe non debent inuitos licet in poſſeſſionem bonorum que ibi habent etiam cum alibi copiam ſui faciunt ſi eorum auctoritate citati comparere contemnant poſſint miſſionem facere contra eos. Vel ſi forte malicioſe ſe ipſos occultent ne citatio peruenīat ad eoſdez decernere faciendam in poſſeſſionem bonorum. que in alia etiam dioceſi obtinere noſcuntur. ¶ Sed tunc loci dioceſanus ad denunciationem ipſorum faciet

huiusmodi missionem. nec clericos suos mittant ad suffragane
orum dioc pro iiendis Vel recognoscēdis conttactibus co:
tam ipsis: nec eorundem suffraganeorum subditos compellāt
coram se occasione huiusmodi stare iurī nec potest archiepisco:
pus ipse in suorum suffraganeorum officiales et subditos pro
eo q Vocati ab eo nolunt querelantibus in sua respondere pre
sentia ecclesiasticam exercere censuram

Explicit liber synodalis
dyocesis Cenomanensis

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

Sequuntur rubrice huius libri synodalis, Et primo de prima parte

De trinitate.
De incarnatione dominj nr̄i.
De baptismo
De confirmatione
De penitentia
De confessione et penitentia laicorum
De vicio gule
De pct̄o luxurie
De adulterio
De defloratione virginum
De sanctimonialibus
De incestu spirituali
De incestu naturali
Ex romano penitentiali.
De pollutione nocturna
De pct̄o molliciei
Quomodo monendi sunt penitentes cōtra peccatū carnis
De cupiditate et quomodo et quibus facienda est restitutio
De eo qui alieno damno consensit.
Quomodo familia vsurarii possit vti de male acquisitis
De ira
De inuidia
De superbia.
De accidia et negligentia
De penitentia q̄ sit portabilis et discreta
De compensatione penitentiarum
De confessione et penitentia infirmorum
Qui mittendi sunt ad episcopum.
De sacramento altaris
Vt semel in die celebrare sufficiat
De his que circa sacramentū altaris sunt attendenda
De particulis circa altare.
De communione pasche
De communione infirmorum
De sacramento coniugii
Quomodo fiant sponsalia
De bannis que impediūt matrimonium.
De concubinatiis.
De extrema vnctione
De ordinibus.
Ne venalia prostituantur ecclesie sacramenta
De septem capitalibus vitiis
De operibus misericordie.
De fugienda praua iurandi consuetudine
De sobrietate et ieiuniis laicorum
De festis

Di

¶ Sequuntur rubrice secun de partis. Et primo.

De deuotione orantium.
De canonicis horis
De libris ecclesiasticis.
De ornamentis altaris
De altari et eius ministerio.
De prefationibus
De calice reponendo
De custodia crismatis. eu = charistie olei sancti et reliqui arum
De rebus ecclesie non aliena bis
De causis ecclesiasticis
Ne ecclesia vel cimiteriū ali= qua deformitate et prophana tione sordescant.

¶ Sequuntur rubrice tercie partis

De Vita et honestate presbi / terorum
De Vestibus et habitu cleri / corum
De sobrietate clericorum.
Ne clerici secularibus negoci is se immiscean
Statutum synodale.

De institutionibus personā= tum.
De firmatiis et capellanis
De questis
De leprosis
De testamentis.
De executionibus
De excommunicatis et eorū absolutione
De absolutione
De officio decanorum
Noua constitutio

Finis tabule.

Ce ſont contenuz les eſtabliſſemens des conſiles faitz a chaſteaugontier.lan de grace mil trois cent trente et ſix ou mois de decembre de noſtre pere larceueſque de tours & de tous les eueſques de la prouince/pour leſtat de noſtre mere ſaincte eſgliſe garder & defendre de ſes pſecuteurs dont la premiere conſtitution eſt telle.que tous ceulx et celles qui empeſcheront la iuriſdiction de ſaincte eſgliſe en la acque/rant a eulx ou en la diminuāt/ et font criet a ban par eulx ou par aultres.en ſecret ou en appert/que nul lay ne face conuenir aultres deuant iuge de ſainte eſgliſe ſont excōmuniez par ces conciles apres le temps dung mois de la premiere publi/cacion deſdictz conciles.

Item tous ceulx quiconques ilz ſoyent et de quelque puiſſance qui prennent ou arreſtent ſur mer ou ſur terre en allant a marche ou foire ou autrement les biens des clers ou des preſtres ou des perſonnes de ſaincte eſgliſe quelſquelles ſoyent pour auoir deulx couſtumes.peaiges.pauaiges.paſſaiges treppas ou aultres treſuz.ſont excōmuniez comme deuant eſt dit ſi leſdictz biens ſont pour luſer deſdictez perſonnes eccleſiaſtiques non obſtāt que les couſtumes des princes ou des barons ou daultres quelconques ſoient en la dicte prouince les quelles ſont abuſiues et coꝛruptelles

Item tous ceulx et celles qui cedent leurs actions.et qui les prennent pour faire conuenir les gens en lointaines partes non deuuient et par fraude ſont excommuniez tous enſemble et chacun par ſoy comme deuant eſt dit.

Item tous ceulx et celles qui mettent la main en eueſque ou en abbe ou qui met le feu en leurs maiſons.ſe il eſt clerc il eſt priue de tout benefice de ſaincte eſgliſe tenu ou a tenir/ſās eſperance de reſtitution ou temps aduenir. Et ſil eſt lay et il fait les choſes deſſuſdictez ſes hoirs ſeront priuez de tous benefices. Et de la couronne et de tout ordre

de saincte esglise iusques a la tierce lignee.et seront excommuniez lesditz malfaicteurs comme dessus est dit.

¶ Item les barons et chevaliers. les baillifz. les iusticiers seculiers de quelque estat quilz soient qui prẽnent ou font prẽdre.les biens des prieurez ou aultre biens de saincte esglise nõ deuement pour leurs debuoirs ou pour aultre cause/et ceulx qui prennent les biens des clers et prestres. la ou ilz les ont mis en garde.combien que les gens laiz en eussent la possession.si a occasion des deuant dictes personnes desglise et ou prejudice deulx les hommes qui tenoient les deuantdictz biens sont pertubez les prenans et perturbans sont excõmuniez cõme dessus est dit.

¶ Item toutes personnes seculieres.barons ou cheualiers baillifz senechaulx.et tous aultres de quelque estat quilz soyent qui prẽnent ou detiẽnent en prison personnes ecclesiastiques ou leurs biens:sil est baillif senechal ou lieutenãt:il doit estre admonneste par trois fois de restablir lesdictez personnes et leurs biens. dedans huyt iours a compter du temps que lon luy requerra lesdictz enchartrez et leurs biens. Et silz ne restablissent: la admonicion faicte ilz sont excommuniez.et sera lamende a lesglise et auy prisonniers.telle comme le cas se offrera.se ainsi est quilz ne soient renduz dedẽs les huit iours apres ladmonicion faicte. Et se lesditz baillifz ou iusticiers. se absentẽt tant q̃ lon ne les puisse trouuer sans difficulte affin quilz ne soient admonnestez a leurs personnes:lon les admonnestera dedens les esglises cathedrales a ban et es chastelaulx et lieux ou les forfaitz auront este faictz. de par les iuges ordinaires:quilz restablissent/ou si non:la cite les lieulx et les chastelaulx seront interdictz sans plus en faire dedens huyt iours apres ladmonicion iusques atant que la restitucion soit plainement faicte desdictez choses. Et ney seront iamais absoubz iusques a ce quilz ayent amende a saincte esglise a sa voulente

¶ Item tous ceulx et celles qui font noise en lesglise ou en

cimitiere estably pour oroysons.et ceulx qui esdictz lieux fra=
pent ou boutẽt ou heurtent. parquoy aulcun peril viegne de=
quoy le diuin seruice soit trouble. sont excommuniez comme
dit est

¶ Item tous ceulx et celles qui font en cele ou en appert cõ=
spiracions contre les curez des esglises.pour oster leurs droi=
tures.ou leurs oblacions.ou pour ostet la deuocion daulcu=
nes bonnes gens pour attribuer a aultres les droitz desdictz
curez sont excommuniez iusques a ce quilz en soient venuz a
amendemẽt rendu et restitue aux dictz curez et amende a sain
cte esglise

¶ Item tous ceulx et celles qui ostent la deuocion des bõnes
gens en les induisant et esmouuant a estre enterrez ailleurs
que es esglises et cimitieretz la ou ilz doiuent estre enterrez de
raison pour estre participans en leurs biens faitz eu preiudice
de leurs curez sont excommuniez sans nulle admonicion.

¶ Item il est estably que en ces sainctz consiles que nul ne
se puisse excuser par ignorance que ces saintz consiles perpe=
tueulz. ne soient publiez chascun an six foiz par les curez ou
par aultres. Cestassauoir le premier dimãche de laduent.le di
manche apres lepiphanie. Le premier dimanche de la quarãtai
ne. Le dimanche de la passion. Le dimãche apres le penthecou
ste.et le dimanche de la myaoust

Finis

BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE

BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE